gna erigere conatus eſſet: poſteaquã ea regione penetrari ad hoſtẽ non uidebat poſſe:cohortes aliquot
ſubductas e dextero cornu:ubi ſtationẽ magis ſegnem:quam pugnã futuram cernebat: poſt aciẽ circũ/
ducit:& non hoſtibus mõ: ſed etiã ſuis inopinantibus: in ſiniſtrum hoſtium latus incurrit:tãtaque ce/
leritas fuit:ut cum oſtendiſſent ſe a latere:mox in terga iã pugnarent.Ita ex omnibus partibus ab fron/
te ab latere:ab tergo trucidãtur hiſpani ligureſq;:& ad gallos iam cædes preuenerat. Ibi minimũ certa/
minis fuit:nã & pars magna ab ſignis aberãt:nocte lapſi ſtratiq; ſomno paſſim ꝑ agros:& qui aderãt iti
nere ac uigiliis feſſi : intolerantiſſima laboris corpora uix arma humeris geſtabant.Et iam diei medi/
um erat:ſitiſq; & calor hiantes cædendos capiendoſq; affatim præbebãt.Elephãti plures ab ipſis recto/
ribus:q̃ ab hoſte interfecti:fabrile ſcalprum cum malleo habebant. Id ubi ſcæuire bælluæ ac ruere ĩ ſu/
os cœperant:magiſter inter aures poſitum ipſa in compage: qua iungitur capiti ceruix : quanto maxi/
mo poterat ictu:adigebat : ea celerrima uia mortis in tantæ molis bællua inuenta erat : ubi regendi ſpẽ
ui uiciſſet: primuſq; id Aſdrubal inſtituerat.Dux cum ſæpe alias memorabilis tum illa præcipuæ pu/
gna.Ille pugnantes hortando paritérq; abeundo pericula ſuſtinuit. Ille feſſos abnuentiſq; tædio : & la/
bore nunc præcando:nunc caſtigando accendit.Ille fugientes reuocauit : omiſſamq; pugnam aliquot
in locis reſtituit.Poſtremo cum haud dubia fortuna hoſtiũ eſſet:ne ſupereſſet tãto exercitui ſuũ nomẽ
ſecuto:cõcitato equo ſe ĩ cohortẽ romanam ĩmiſit.Ibi:ut patre Amilcare:& Annibalis fratre dignũ erat
pugnãs cecidit·Nunq̃:eo bello una acie tãtum hoſtiũ interfectũ eſt.Redditaq; æqua cãnenſi clades uel
ducis:uel exertitu interitus uidebatur.Quinq̃gita ſexmillia hoſtiũ cæſa.Capta.v.millia & quadrĩgẽti.
Præda magna alia tũ oĩs generis:tum auri argẽtiq;.Ciuiũ etiã romanoꝝ:qui capti aqud hoſtes erãt:ſu/
pra quattuormillia capitũ recepta.Id ſolatii fuit pro amiſſis eo prælio militibus.Nã haud quaquã ĩcru
enta uictoria fuit octo ferme millia romanoꝝ:ſociorũq; occiſa.Adeoq; etiã uictores ſanguinis:cædiſq;
cœperat ſatietas:ut poſtero die cum eſſet nũciatum Liuio cõſuli gallos ciſalpinos ligureſq; qui aut præ
lio nõ affuiſſent:aut ĩter cædẽ effugiſſent:uno agmine abire ſine certo duce:ſine ſignis:ſine ordine ullo:
aut ĩperio:poſſe:ſi una equitũ ala mittatur:oẽs deleri.Superſint:ĩquit:aliqui:nũcii & hoſtium cladis:&
noſtræ uirtutis.Nero ea nocte quæ ſecuta eſt:pugnã citatiore:q̃ ĩde uenerat:agmine die ſexto ad ſtatiua
ſua:atq; ad hoſtẽ peruenit. Iter eius frequẽtia minore:quia nemo præceſſerat nũcius : læticia uero tãta
uix:ut cõpotes mẽtium præ gaudio eſſent celebratũ eſt.Nã Romæ neuter animi habitus ſatis dici enar
rariq; poteſt:nec quo ĩcerta expectatione euẽtus ciuitas fuerat:nec quo uictoriæ fama acceperit Nun/
quã per omnes dies ex quo Claudium cõſulem profectum fama attulit:ab orto ſole ad occidẽtem aut
ſenator quiſquam a curia:atq; ab magiſtratibus abſceſſit:aut populus e foro.Matrõæ:quia nihil ĩ ipſis
opis erat:ĩ preces obteſtationeſq; uerſe per omnia delubra uagæ ſuppliciis:uotiſq; fatigare deos. Tam
ſollicitæ ac ſuſpenſæ ciuitati fama incerta primo accidit. Duos narnienſes equites in caſtra : quæ in
faucibus Vmbriæ oppoſita erãt:ueniſſe ex prælio nũciãtes cæſos hoſtes.Et primo magis auribus: quã
aĩs id acceptum erat:ut maius letiuſq; quã quod mente capere:aut ſatis credere poſſent:& ipſa celeritas
fidem ĩpediebat:quod biduo ante pugnatũ dicebaẽ.Litteræ deinde ab.L.Manlio Acidino miſſæ ex ca/
ſtris afferũtur de narniẽſium equitũ aduẽtu.Eæ litteræ per foꝝ ad tribunal.pr.latæ ſenatũ in curiã ex/
ciuerãt:tãtoq; certamĩe ac tumultu populi ad fores curiæ cõcurſum ẽ:ut adire nũcius nõ poſſet:trahe/
returq; a percũctãtibus:uociferãtibuſq; ut in roſtris.priuſquã in ſenatu litteræ recitarenẽ.Tandẽ ſum/
moti & coerciti a magiſtratibus:diſpẽſariq; læticia ĩter ĩpotentes eius aĩos potuit.In ſenatu primũ de/
inde in cõcione litteræ recitatæ ſunt:& pro cuiuſq; ĩgenio aliis iam certum gaudiũ:aliis nulla ante futu
ra fides erat:quã legatos cõſulũ uel litteras audiſſent.Ipſos deinde appropiquare legatos allatũ eſt. Tũc
enimuero oĩs ætas currere obuii:primus quiſq; oculis auribuſq; haurire tãtũ gaudiũ cupiẽtes. Ad Mil
uium uſq; pontẽ continẽs agmẽ peruenit.Legati erãt.L.Veturius Phlio.P.Vicinius Varus.Q.Cecilius
Metellus:circũfuſi oĩs generis frequẽtia in forum ꝑuenerũt.Cum alii ipſos:alii comites eoꝝ:quæ acta
eſſent:percũctarenẽ:& ut quiſq; audierat:exercitũ hoſtium:ĩperatorẽq; occiſum.Legiões romanas in/
columes:ſaluos cõſules eſſe:extẽplo aliis porro impertiebãt gaudiũ ſuũ:cũ ægre in curia peruẽtum eẽt
multo ægrius ſummota turba:ne patribus miſceretur.Litteræ in ſenatu recitatæ ſunt.Inde in concio/
nem introducti legati.L.Veturius litteris recitatis:ipſe planius oĩa:quæ acta erant expoſuit cum ingẽ/
ti aſſenſu:poſtremo etiam clamore uniuerſæ concionis:cum uix gaudium animis caperẽt: diſcurſum
inde ab aliis circa templa deum:ut grates agerẽt:ab aliis domos:ut cõiugibus liberiſq; tam lætum nũ/
cium impertirent.Senatus quod.M.Liuius:&.C.Claudius cõſules ĩcolumi exercitu ducem hoſtium:
legioneſq; occidiſſent:ſupplicationem in triduum decreuit.Eam ſupplicationem.A.Hoſtilius prætor
pro concione edixit:celebrata a uiris:fœminiſq; eſt.Omnia templa per totum triduum æqualem tur/
bam habuere:cũ matronæ ampliſſima ueſte:cum liberis perĩde ac ſi debellatum foret:oĩ ſolutæ metu
deis ĩmortalibus grates agerẽt.Statũ quoq; ciuitatis ea uictoria mouit:ut iã ĩde haud ſecus:quã ĩ pace
res ĩter ſe contrahere uændendo emendo:mutuum dando:argentum creditum ſoluendo:auderent.

C.Claudius conſul cum in caſtra rediſſet:caput Aſdrubalis:quod ſeruatũ cum cura attulerat:ꝓiici
ante hoſtium ſtatiões:captiuoſq; afros uictos ut erãt:oſtẽdi:duos ẽt ex iis ſolutos ire ad Annibalem &
expromere quæ acta eſſent:iuſſit Annibal tãto ſimul publico familiariq; ictus luctu agnoſcere ſe fortu
nam Carthaginis ferẽ dixiſſe.Caſtris ĩde motis:oĩa auxilia quæ diffuſa latius tueri non poterat: ĩ extre
mum Italiæ angulum brutios contraxit:& metapontinos ciuitatem uniuerſam exicos ſedibus ſuis &
Lucanos qui ſuæ ditionis erant in Brutium traduxit.

Expedita elephãtis cõficiẽdi ratio

Ingens hoſtiũ cædes Aſdrubal dimicans occidiẽ

Atẽ.trepidatio nẽ ciuitatis in ſumma læticia

Annibal ſuorũ cladẽ in brutios abiit

# TERTIAE DECADIS
# TITI LIVII PATAVINI HISTORICI DE SECVNDO BELLO PVNI.LIBER OCTAVVS.

CVM TRANSITV Aſdrubalis quantum in Italia declinauerat belli:tan
tum leuatæ Hiſpaniæ uiderentur:renatum ibi ſubito par priori bellum
eſt.Et Hiſpanias ea tempeſtate ſic habebant romani pœniqꝫ. Aſdrubal
Giſgonis filius ad Oceanum penitus:Gadeſqꝫ conceſſerat. Noſtri maris
ora omniſqꝫ ferme Hiſpania qua in orientem uergit.Scipionis ac roma/
næ ditionis erat:nouus imperator Hanno in locum Barchini Aſdruba/
lis cum nouo exercitu ex Africa tranſgreſſus:Magoniqꝫ iunctus: cum in
Celtiberia:quæ media inter duo maria eſt:breui magnum hominū nu/
merum armaſſet.Scipio aduerſus eum.M.Syllanum cum decēmillibus
peditum:equitibus quingētis miſit.Syllanus quātis maximis potuit iti/
neribus:impediebant aūt & aſperitates uiarum:& anguſtiæ ſaltibus cre/
bris:ut plæraqꝫ Hiſpaniæ ſunt: incluſæ:tamē non ſolum nuncios ſed ēt
famā aduētus ſui ꝑgreſſus ducibus īdidē ex Celtiberia trāſfugis ad hoſtē
ꝑuenit.Eiſdē auctoribus cōpertum eſt:qđ decem circiter millia ab hoſte abeſſent.Bina caſtra circa uiā
qua irent:eſſe:leua celtiberos:nouum exercitū ſupra nouēmillia hoīum: dextera punica tenere caſtra.
Ea ſtationibus uigiliis omni iuſta militari cuſtodia tuta & firma eē.Illa altera ſoluta neglectaqꝫ ut bar/
barorum & tyronum & minus timentium:quod in ſua terra eēnt.Ea prius aggrediēda eē ratus Sylla
nus ſigna quāmaxīe ad leuā iubebat ferri:necunde ab ſtationibus punicis cōſpiceret̄. Ipſe: ꝓmiſſis ſpe
culatoribus:citato agmīe ad hoſtē ꝑgit.Tria millia ferme aberat:cū haud dum quiſquā hoſtiū ſenſerat
cōfragoſa loca & obſita uirgultis tenebāt colles:ibi ī caua ualle atqꝫ ob id occulta cōſidere militē: & ci/
bum capere iubet.Interim ſpeculatores trāſfugarꝫ dicta affirmātes uenerūt.Tunc Sarcinis in mediū cō
iectis arma romani capiūt acieqꝫ iuſta in pugnā uadūt.Mille paſſuū aberāt:cum ab hoſte cōſpecti ſunt:
repēteqꝫ trepidari cœptū.Mago ax caſtris citato equo ad primū clamorē:& tumultū aduehit̄.Erāt aūt
in celtibero exercitu.iiii.millia Scuta:&.cc.equites Hanc iuſtā legionē:& id ferme: quod roboris erat:
in prima acie locat:leuē armaturā ī ſubſidiis poſuit:cū ita īſtructos educeret e caſtris : uixdum egreſſos
Duo hoſtiū exercitus ꝓfligāt a ſyllāo
uallo in eos romani pila cōiecerūt.Subſidūt hiſpani aduerſus emiſſā tela ab hoſte.Inde ad emittēda ipi
conſurgūt.Quæ cū cōfertim romani ut ſolēt:dēſatis excepiſſent ſcutis:tū pes cū pede collatus:& gladi/
is res gerit cœpta eſt.Cæterꝫ aſperitas locorꝫ celtiberis:qbus in ꝓlio cōcurſare mos eſt:uelocitatē inutilē
faciebat & haud iniqua eadē erat romanis ſtabili pugnæ aſſuetis:niſi qđ anguſtiæ & internata uirgulta
ordines dirimebāt.Et ſinguli biniqꝫ uelut cū paribus cōſerere pugnā cogebant̄:qđ ad fugā impedimē/
to hoſtibus erat:id ad cædē eos:uelut uinctos ꝑbebat.Et iā ferme oībus ſcutatis celtiberorꝫ interfectis
Hāno capit̄
leuis:armatura:& carthaginēſes:qui ex alteris caſtris ſubſidio uenerāt ꝑculſi cædebant̄.Duo haud am
plius millia peditū:eqtatus oīs uix inito ꝓlio cū Megone effugerūt.Hāno alter impator cū eis: qui po/
ſtremi iam ꝓfligato prælio aduenerāt:uiuus capit̄.Magonēqꝫ fugientē eqtatus ferme oīs:& qđ ueterꝫ
peditum erat: ſecuti:decimo die in Gaditanā prouinciā ad Aſdrubalē peruenerūt.Celtiberi nouus mi/
les in ꝓximas dilapſi ſiluas inde domos diffugerūt.Peropportuna uictoria:nequaquā tantū iam cōfla/
tum bellū:quāta futuri materia belli:ſi licuiſſet:iis celtiberorꝫ gēte excita:& alios ad arma ſolicitare po
Aſdru/bal Sci/piōi metu gadiſ tradita
pulos opporeſſum erat.Itaqꝫ collaudato benigne Syllano.Scipio ſpē debellādi:ſi nihil ēt ipſe cunctādo
moratus eēt:nactus ad id qđ reliquū belli erat:in ultimā Hiſpaniā aduerſus Aſdrubalē pergit.Pœnus
cū caſtra ſua forte ad ſociorꝫ aīos in Betica cōtinendos in fide heberet:ſignis repēte ſublatis fugæ ma/
gis:ꝗ itineris mō:pœnitus ad Oceanū & Gades ducit.Cæterꝫ quoad cōtinuiſſet exercitū:ꝓpoſitū bel/
lo ſe fore ratus anteꝗ freto Gades traiiceret:exercitū oēm paſſim in ciuitates diuiſit: ut & muris ſeipſi:
& armis muros tutarent̄.Scipio ubi aīaduertit diſſipatū bellū & circūferre ad ſingulas urbes arma diu
tini magis:ꝗ magni eſſe opis retro uertit iter ne hoſtibus tamē eā reliqueret regionē.L.Scipionē fratrē
cum decēmillibus peditum:& mille equitum ad oppugnādum opulētiſſimā in iis locis urbē:ꝗ Oron/
gin barbari appellabant:mittit:in meſeſſum finibus ē ſita:hiſpaniæ gētis ager frugiſer:argentū ēt inco
læ fodiūt.Ea arx fuerat Aſdrubali ad excurſiones circa mediterraneos populos faciēdas.Scipio:caſtris
ꝓpe urbē poſitis:priuſꝗ uallaret urbē:miſit ad portas q ex ꝓpinquo colloqo aīos tentarēt:ſuaderentqꝫ
ut amicitiam potius:ꝗ uim experirēt̄ romanorꝫ:ubi nihil pacati reſpondebat̄: foſſā duplicique uallo
circundata urbe:in tris partes exercitum diuiſit:ut una ſemper pars:quietis īterim duabus oppugna/
ret prima pars cum adorta oppugnari eſt:atrox ſane:& anceps prælium fuit:non ſubire:non ſcalas fer
Lupi ferrei
re ad muros præ incidētibus tælis facile erat:& iam dui erexerāt ad murꝫ ſcalas:alii:furcis ad ipſum fa/
ctis:detrudebātur:in alios lupi ſuperne ferrei iniecti:ut in periculo eſſent:ne ſuſpenſi in murꝫ extrahe/
rētur.Quod ubi aīaduertit Scipio:nimia paucitate ſuorꝫ exæquatū certamen eſſe:& iā eo ſuperare ho
ſtem:qđ ex muro pugnaret:duabus ſimul partibus:prima recepta urbē eſt aggreſſus:quæ res tātum
pauorem iniecit feſſis: iam cum primis pugnādo:ut & oppidani mœnia repētina fuga dererērēt:& pu
nicum præſidiū metu ne prodita urbs eſſet:relictis ſtationibus in unū ſe colligere. Timor inde oppi/
danos inceſſit:ne ſi urbē hoſtis intraſſet:ſine diſcrimine:pœnus an hiſpanus eſſet:obuii paſſim cæde/
rētur.Itaqꝫ patefacta repente porta frequentes ex oppido ſeſe eiecerūt:ſcuta præ ſe tenentes:ne tæla ꝓ/
cul coiiecerētur:dextras nudas oſtendētes:ut gladios abieciſſe appareret.Id utrum parꝫ ex interuallo

ſit conſpectum:an dolus aliquis ſuſpectus fuerit: incompertum eſt:impetus hoſtilis in tranſfugas factus:nec ſecus quam aduerſa acies cæſa:eademque porta ſigna infeſta urbi illata:& aliis partibus ſecuribus dolabriſque cædebantur:& refringebantur portæ:& ut quiſque intrauerat eques:ad forum occupandum:ita enim præceptum erat:citato equo ꝑgebat additum erat & triariorum equiti præſidium: Legionarii cæteras partes peruadunt:direptione & cæde obuiorum:niſi qui armis ſe tuebantur: abſtinuerunt.Carthaginenſes omnes in cuſtodia dati ſunt:oppidanorum quoque.ccc.ferme qui clauſerāt portas:cæteris traditum oppidum:ſuæ redditæ res.Cecidere in urbis eius oppugnatione hoſtiū duomilia ferme.Romanorum haud amplius.lxxx.Læta & ipſis qui rē geſſere:urbis eius oppugnatio fuit & imperatori cæteroque exercitui ſpecioſum aduentum ſuum ingentem turbam captiuorum præ ſe agentes fecerunt.Scipio collaudato fratre:cum quanto poterat uerborum honore.Carthagini a ſe captæ:captam ab eo Origin æquaſſet:quia & hyems inſtabat:ut nec temptare Gades nec diſiectum paſſim per prouinciam exercitum Aſdrubalis conſectari poſſet:in citeriorem Hiſpaniam omnes ſuas copias reduxit:dimiſſis in hyberna legionibus.L.Scipione fratre Romam miſſo & Hānone hoſtium imperatore:cæteriſque nobilibus captiuis ipſe Tarraconem conceſſit.Eodem anno claſſis romana cum.M.Valerio Leuino proconſule ex Sicilia in Africam tranſmiſſa in uticenſi Carthaginenſique agro late populatione fecit extremis finibus Carthaginenſium:circa ipſa mœnia Vticæ prædæ actæ ſunt.Repetentibus Siciliam:claſſis punica.lxx.erant longæ naues occurrit:decemqꝫ & ſeptem naues ex iis captæ ſunt:quattuor in alto merſæ:cætera fuſa ac fugata claſſis.Terra marique uictor romanus cum magna omnis generis præda Lilybæum repetit.Toto inde mari pulſis hoſtium nauibus magni commeatus frumenti Romam ſubuecti.Principio æſtatis eius qua hæc ſunt geſta.P.Sulpicius proconſul:& Attalus rex cum Æginæ ſicut ante dictum eſt:hybernaſſent.Lemnum inde claſſe iūcta:Romanæ:v.&.xx.quinqueremes Regiæ.v.&.xxx.tranſmiſerunt.Et Philippus ut ſeu terra:ſeu mari obuiam eundū hoſti foret:paratus ad oēs conatus eſſet:ipſe Demetriadem ad mare deſcendit.Lariſſam diē ad conueniēdum exercitui edixit.Vndique ab ſociis legationes Demetriadem ad famā regis conuenerunt. Suſtulerant enim aīos ætoli cū ob romanā ſocietatē tū poſt Attali aduentū finitimoſqꝫ populabātur.Nec acarnanes ſolū boetiiqꝫ:& qui Eubocā incolunt:ī magno metu erant:ſed achæi:quoqꝫ:quos ſuper ætolicū bellū Machanidas etiā Lacedæmonius tyrannus haud procul argiuoꝝ fine poſitis caſtris terrebat. Hi omnes ſuis quiſqꝫ urbibus:quæ ꝑicula terra mariqꝫ portendebātur:memorantes:auxilia regē orabant ne ex regno qdē ipſius traquillæ nūciabantur res:Scerdiledum Pleuratūqꝫ motos eē.& Thracū: maxiē medos:ſi qd longinquū bellū regē occupaſſet ꝓxima Macedoniæ incurſuros.Boetii qdē & interiores Græciæ populi Thermopylaꝝ ſaltū:ubi anguſtæ fauces coartant iter:foſſa ualloqꝫ ītercludi ab ætolis nunciabant:ne tranſitum ad urbes tuendas Philippo darent.Vel ſegnē ducē tot excitare tumultus circunfuſi poterant:legationes dimittit:pollicitus ꝓut tēpus:aut res ſe daret:oībus laturum ſe auxilium: in ꝑſentia q̄ maxime urgebant res:pararent.Tū ꝑſidium urbi mittit:unde allatū erat.Attalum a Lemno claſſe tranſmiſſa oēm circa urbē agrū depopulatum.Polyphantem cum modica manu in Boetiam in Enippum item quendam ex regiis ducibus cum mille peltatis:pelta cetræ haud diſſimilis eſt.Chalcidem mittit:additi quīgenti anianum:ut omnes inſulæ partes tueri poſſent:ipſe Scotuſam eſt profectus.Eodemqꝫ ab Lariſſa macedonū copias traduci iuſſit.Eo nunciatū eſt conciliū ætolis Heracleā indictum:regēqꝫ Attalū ad conſultandū de ſumma belli uentuꝝ.Hunc conuētum ut turbaret ſubito aduentu:magnis itineribus Heracleā duxit:& concilio quidem dimiſſo iā uenit:ſegetibus tamen: quæ iā prope maturitatē erāt:maxīe ī ſinu æniano euaſtatis:ī Scotuſam copias reduxit.Ibi exercitu oī relicto: cum cohorte regia Demetriadē ſeſe recepit.Inde ut ad oēs hoſtiū motus poſſet occurrere:ēt ī Phocidē: atqꝫ Euboeā:& Peparetū mittit:q loca alta:eligerēt:unde æditi ignes apparerēt Ipſe ī Ciſſeo:mons ē:in altitudinē īgētē cacuminis æditi ſpeculā poſuit:ut ignibus ꝓcul ſublatis ſignū:ubi qd molirent̃ hoſtes: momēto tpis accipet.Romanus īperator & Attalus rex a Pepareto Niceā traiecerūt.Inde claſſem ī Euboeā ad urbē Oreū trāſmittūt:q̄ ab demetriaco ſinu Chalcidē & Euripū petēti:ad leuā pría urbiū Euboeæ poſita ē.Ita īter Attalū & Sulpiciū cōuenit:ut romāi a mari:regii a terra oppugnarēt. Quatriduo poſteaq̄ appulſa claſſis ē:urbē aggreſſi ſunt.Id tp̄s occultis cum Platore:q a Philippo ꝓpoſitus urbi erat: colloq̄is abſumptū ē.Duas arces urbs habet:unā īminētē mari:altara urbis medio ē:cuniculo inde uia ad mare ducit:quā a mari turris qnqꝫ tabulatoꝝ egregiū ꝓpugnaculū claudebat.Ibi prío atrociſſimū cōtractū ē certamē:& turre īſtructa oī genere taeloꝝ:& tormētis machiniſqꝫ ad oppugnādā eā ex nauibus expoſitis.Cū oīum aīos oculoſqꝫ id certamē auertiſſet:porta maritimae arcis Plator romāos accepit:momētoqꝫ arx occupata ē.Oppidani pulſi īde ī mediā urbē ad alterā tēdere arcē.Et ibi poſiti erāt:q fores portæ obiicerēt.Ita excluſi ī medio cædunt̃ capiūturqꝫ.Macedonū ꝑſidiū cōglobatū ſub arcis muro ſtetit:nec fuga effuſe petita:nec ꝑtinaciter ꝑlio iterato.Eos Plator uenia a Sulpicio īpetrata ī naues īpoſitos ad demetriacū Theotidis expoſuit:ipſe ad Attalū ſeſe recepit.Sulpicius tā facili ad Oreum ſucceſſu elatus Chalcidē inde ꝓtinus uictrici claſſe petit.Vbí haud quaq̄ ad ſpem euentus reſpōdit.Ex patenti utrinqꝫ coactū ī anguſtias mare:ſpeciē intuenti primo gemini portus in ora duo uerſi ꝓbuere:ſed haud facile alia infeſtior ſtatio claſſi eſt.Nā & uenti ab utriuſqꝫ terræ prææltis montibus ſubiti ac ꝓcelloſi deiiciunt:& fretū ipſum Euripi nō ſepties die:ſicut fama fert tēporibus ſtatutis reciprocat:ſed temere in modū uenti nūc huc:nūc illuc uerſo mari uelut mōte præcipiti deuolutus torrens rapitur:Ita nec nocte:nec die quies nauibus datur:cum claſſem tam infeſta ſtatio accepit:tum & oppidum alia parte:

Cædes hoſtiū ad orōgim

Attur. Quot belloꝝ motus ſollicitū haberēt Philippum

Pelta Cetra

Oreum Ro: ꝑditur

Vide ne pheioti dis ſit legendū

Euripus calcidicus

clauſum mari:alia a terra egregie munitum:præſidioque ualido firmatum:& præcipue fide præfecto/
rum principumque:quæ fluxa & uana apud Oreum fuerant:ſtabile atque inexpugnabile fuit. Id pru/
denter ut temere ſuſcepta re romanus fecit:quod circũſpectis difficultatibus:ne fruſtra tempus tereret:
celeriter abſtitit incœpto claſſemq; inde ad Cynum Locridis emporium:inde urbis opontiorum mil/
le paſſuum a mari ſitæ traiecit.Philippum & ignes ab Oreo æditi monuerãt:ſed ſerius Platoris fraude
e ſpecula elati & impari tum maritimis uiribus:haud facilis erat in inſulam claſſi acceſſus.Ita res per cũ/
ctationem omiſſa ad Chalcidis auxilium ubi ſignum accepit:impigre eſt motus : nam & ipſa Chalcis
quãquam eiuſdem inſulæ urbs eſt:tamen adeo arcto interſcinditur freto:ut ponte continenti iungat:
terraq; aditum faciliorem:quam mari habeat.Igitur Philippus deiecto præſidio:fuſiſq; ætolis:qui ſal/
tum Thermophylaꝝ inſidebant:cum ab Demetriade Scotuſam:inde tertia uigilia profectus trepidos
hoſtes Heracleam compuliſſet:ipſe uno die Phocidis Elatiam millia amplius.lx.contendit.Eodem fer
me die ab Attalo rege opontiorum urbs capta diripiebatur.Conceſſerat eam prædam regi Sulpicius:
quia Oreum paucos ante dies ab Romão milite expertibus regiis direptũ fuerat.Romana claſſis Oreũ
ſeſe receperat:& Attalus ignarus aduentus Philippi pecuniis a principibus exigendis terebat tempus.
Adeoq; improuiſa res fuit:ut niſi cretenſium forte quidã pabulatum ab urbe longius progreſſi agmen
hoſtium procul conſpexiſſent:opprimi potuerit Attalus.Inermis autem:atq; compoſitus curſũ effu/
ſus mare ac naues petit:& molientibus ab terra naues Philippus ſuperuenit tumultumq; etiam ex ter/
ra nauticis præbuit.Inde Opontem rediit deos hominesq; accuſans:quod tantæ rei fortunam ex ocu/
lis prope raptam amiſiſſet.Opontii quoq; ab eadem ira increpiti:quod cum trahere obſidionem in ad
uentum ſuum potuiſſent:uiſo ſtatim hoſte:prope in uoluntariã deditionẽ conceſſiſſent. Compoſitus
circa Opontẽ rebus.Toronem eſt profectus.Et Attalus primo Oreum ſe recepit. Inde cum fama acci/
diſſet Pruſiam Bithyniæ regem in fines regni ſui tranſgreſſum:omiſſis romanis:atq; ætolico bello: in
Aſiã traiecit.Et Sulpicius Aeginã claſſem recepit:unde initio ueris profectus erat.Haud maiore certa/
mine:quam Opontẽ Attalus ceperat:Philippus Toronem cepit.Incolebant eam urbẽ profugi ab The
bis phthiotici urbe ſua capta Philippo cũ in fidẽ ætoloꝝ perfugiſſent:ſedem eis ætoli eã dederant urbis
uaſtatæ ac deſertæ priore eiuſdẽ Philippi bello.Tum ab Torone:ſicut pauloante dictũ eſt:recepta:profe
ctus Tritonõ:& Dirimias Doridis parua atq; ignobilia oppida cepit.Inde Elatiã iuſſis ibi ſe oppiri Pto/
lemæi rhodiorumq; legatis uenit:ubi cũ de finiẽdo ætolico bello ageretur:affuerant enim legati nuper
Heracleæ concilio:romanoꝝ ætolorũq; nunciis affertur Machanidã olympioꝝ ſolemne ludicrũ parã/
tes Eleos aggredi ſtatuiſſe.Præuertendũ id ratus legatis cũ benigno reſponſo dimiſſis: ſe neq; cauſam
huius fuiſſe:nec morã:ſi modo æqua & honeſta conditione liceat:pacẽ factuꝝ:cũ expedito agmine ꝑ/
fectus per Boetiã Megarã:atq; inde Corinthum deſcendit.Vnde cõmeatibus ſumptis Pyleum:Taphe/
neũq; petit:& iam cũ Oreũ ueniſſet:audit Machanidã fama aduentus ſui territũ refugiſſe Lacedæmo/
nem Aegiũq;:ſe ad conciliũ ætoloꝝ recepit:ſimul claſſem punicã ut mari quoq; aliquid poſſet:accitam
ibi ratus ſe inuenturũ.Paucis ante diebus inde Phoceas traiecerant pœni.Inde portus açarnanũ petierãt
Quid Rhiũ ſit cum ab Oreo profectũ Attalũ Romanoſq; audiſſet:ueriti ne in ſe iretur & intra Rhiũ:fauces eæ ſunt
corinthi ſinus opprimerentur.Philippus quidẽ mœrebat & angebatur:cũ ad omnia ipſe raptim iſſet:
nulli tamen ſe rei in tẽpore occurriſſe:& rapientem omnia ex oculis eluſiſſe celeritatẽ ſuam fortunam.
In concilio autem diſſimulans ægritudinem elato animo diſſeruit:teſtatus deos homineſque nulli lo/
co:nec tempori deffuiſſe:quin ubi hoſtium arma concrepuiſſent:eo quanta maxima poſſet celeritate:
tenderet:ſed uix rationem inire poſſe: utrum a ſe audacius:an fugacius ab hoſtibus geratur bellum.Sic
ab Oponte Attalum:ſic Sulpicium a Chalcide: ſic his ipſis diebus Machanidã e manibus ſuis elapſum.
Sed non ſemper felicem eſſe fugam:nec pro difficili id bellum habendum:in quo:ſi modo congreſſus
cum hoſtibus ſis:uiceris:quod primum eſſet: confeſſionem ſe hoſtium habere: nequaquam pars eſſe
eos ſibi breui & uictoriam haud dubiam habiturum:nec meliore euentu eos ſecum:quam ſpe pugna
turos.Læti regem ſocii audierunt Reddit inde achæis Oreum:& Triphyllam:quod Alipheram autem
megalopolitis:quod ſuorum fuiſſe finium ſatis probabant:reſtituit. Inde nauibus acceptis ab achæis:
erant autem tres quadriremes: & biremes totidemque Anticyram traiecit. Inde quinqueremibus ſe/
ptem:& lembis uiginti amplius quos:ut adiungeret Carthaginenſium claſſi:miſerat in corinthium ſi/
num:profectus ad Erytrhas ætolorum:quæ prope Euphalium ſunt:deſcenſionem fecit.Haud fefellit
ætolos:nam hominum:quod aut in agris:aut in propinquis caſtellis Potidaniæ atque Apolloniæ fuit:
in ſiluas monteſque refugit.Pecora: quæ inter feſtinationem abigi nequiuerant:ſunt direpta:& in na/
ues compulſa.Cum his:cæteraq; præda Nicia prætore achæorum Egium miſſo:cum Corinthum pe
tiſſet:pedeſtres inde copias per Boetiam terra duci iuſſit.Ipſe a Boenotris:præter terram Atticam ſu/
per ſinum nauigans inter medias prope hoſtium claſſes Chalcidem ꝑuenit.Inde collaudata fide:ac uir
tute:quod neque timor:neque ſpes flexiſſet eorum animos:hortatuſq; in poſterum:ut eadem conſtan
tia permanerent in ſocietate:ſi ſuam quam oreaniorum atque opontiorum fortunam mallent:a Chalci
de Oreum nauigat. Principumque iis:quis fugere capta urbe quã ſe romanis tradere maluerant:ſum/
ma rerum & cuſtodia urbis permiſſa ipſe Demetriadem ab Euboea unde primum ad opem ferẽdam
ſociis profectus erat:traiecit.Caſſandreæ deinde centum nauiũ longarũ carinis poſitis:contractaque ad
effectum eius operis multitudine fabrorum naualim:quia res ĩ Græcia tranquillas:& profectio Attali
fecerat:& in tempore laborãtibus ſociis latũ a ſe auxiliũ:retro ĩ regnũ cõceſſit:ut dardanis bellũ ĩferret:

Extremo æſtatis eius:qua in Græcia hæc geſta ſunt:cum.Qu.Fabius Maximus prætor legatus ab
M.Liuio conſule Romam ad ſenatum miſſus nunciaſſet conſulem ſatis præſidii Galliæ prouinciæ cre
dere.L.Portium cum ſuis legionibus eſſe: diſcedere ſe inde:ac deduci exercitum conſularem poſſe:pa/
tres non.M.Liuium tantum redire ad urbem:ſed collegam quoque eius.C.Claudiū iuſſerunt.Id mo/
do in decreto interfuit:quod.M.Liuii exercitum reduci. Neronis legiones Annibali oppoſitas mane/
re in prouincia iuſſerunt. Inter conſules ita per litteras conuenit:ut quemadmodum uno animo rem/
publicam geſſiſſent:ita quāquam ex.diuerſis regionibus conuenirent:uno quoq; tempore ad urbē ac/
cederent.Præneſte qui prior ueniſſet:collegam ibi opperiri iuſſus.Forte ita euenit:ut eodem die ambo
Præneſte uenirent.Inde præmiſſo edicto: ut triduo poſt frequens ſenatus ad ædem Bellonæ adeſſet:
omni multitudine obuiam effuſa ad urbem acceſſere.Non ſalutabant modo uniuerſi circunfuſi:ſed cō
tingere pro ſe quiſq; uictrices dextras conſulum cupientes:alii gratulabantur:alii gratias agebāt: quod
eorum opera incolumis reſpubli.eſſet:in ſenatu cum more omnium imperatorum expoſitis rebus ab
ſe geſtis:poſtulaſſent ut pro repub.fortiter fœliciterque adminiſtrata:& diis immortalibus haberetur
honos:& ipſis triumphantibus urbem inire liceret:ſe uero ea quæ poſtularēt: decernere patres merito
deorum primum:deinde ſecundum deos conſulum reſponderunt:& ſupplicatione amborum nomi/
ne:& triumpho utriq; decreto.Inter ipſos ne cum bellum cōmuni animo geſſiſſent:triumphum ſepa/
rarent:ita conuenit:ut quoniam & in prouincia.M.Liuii res geſta eſſet:& eo die quo pugnatum foret:
eius forte auſpicium fuiſſet:& exetcitus Liuianus traductus Romam ueniſſet.Neronis deduci non po
tuiſſet de prouincia:ut.M.Liuium quadrigis urbem ineuntem milites ſequerentur. Conſul Claudius
equo ſine militibus inueheretur. Ita conſociatus triumphus cum utriq;:tum magis ei qui quantū me
rito ante ibat:tantum honore collegæ ceſſerat:gloriam auxit.Illum equitem aiebant ſex dierum ſpatio
tranſcurriſſe longitudinem Italiæ & eo die cum Aſdrubalem in Gallia ſignis collatis pugnaſſe:quo eū
caſtra aduerſus ſeſe in Appulia poſita habere. Annibal credidiſſet. Ita unum conſulem pro utraq; par/
te Italiæ aduerſus duos duces:duos imperatores:hinc conſilium ſuum:hinc corpus oppoſuiſſe:nomen
Neronis ſatis fuiſſe ad continendum caſtris Annibalem:Aſdrubalem uero qua alia re: quam aduentu
eis obrutū:atque extinctū eſſe.Itaque iret alter conſul ſublimis curru multi iugis ſi uellet equis: unius
equo per urbem uerum triumphum uehi.Neronique etiā ſi pedes incedat:uel parto eo bello:uel ſpre/
to triumpho:gloriam memorabilem fore.Hi ſermones ſpectantium Neronem uſque in capitoliū pro
ſecuti ſunt.Pecuniam in ærarium tulerunt ſeſtertium tricies octogintamillia æris:militibus.M.Liuius
quinquagenos ſenos aſſes diuiſit.Tantūdem.C.Claudius militibus abſentibus ſuis eſt pollicitus: cum
ad exercitum rediſſet.Notatum eſt ea die plura carmina militaribus iocis in conſulem Claudium:quā
in conſulem ſuum iactata. Equites.L.Veturium:&.Qu.Ceciliū legatos magnis tuliſſe laudibus: hor/
tatoſq; eſſe plebem:ut eos conſules in proximum annum crearent. Adieciſſe equitum prærogatiuæ au
ctoritatem conſules:poſtero die in concione:quam forti fidelique duorum præcipue legatorum opera
uſi eſſent:commemorantes. Cum comitiorum tempus appeteret: & per dictatorem comitia haberi
placuiſſet.C.Claudius cōſul.M.Liuium collegam dictatorem dixit.Liuius.Qu.Cecilium Magiſtrum
equitum.A.M.Liuio Dictatore creati Conſules.L.Veturius.Q.Cecilius:is ipſe qui tum erat Magiſter
equitum.Inde prætorem comitia habita. Creati.C.Seruilius.M.Cecilius Metellus.T.Claudius Aſel/
lus.Qu.Manlius Turinus: qui tum ædilis plebis erat. Comitii perfectis: dictator magiſtratu abdica/
to:dimiſſoque exercitu in Ethruriam prouinciam ex.S.C.eſt profectus ad quæſtiones habendas: qui
Ethruſcoꝝ:umbrorūue populi defectionis ab romanis ad Aſdrubalem ſub aduentu eius concilia agi/
taſſent:quiq; eū auxiliis:aut cōmeatu:aut ope aliqua iuuiſſent:Hæc eo anno domi militiæque geſta.Et
ludi Romani ter toti inſtaurati ab ædilibus curulibus.Gn.Seruilio Cepione.Ser.Cornelio Lentulo.Itē
ludi plebeii ſemel toti inſtaurati ab ædilibus plebis.M.Pōponio Mathone:&.Q.Manlio Turino. Ter/
tiodecimo anno punici belli.L.Veturio Philone:&.Qu.Cecilio Metello conſulibus:ambobus ut cum
Annibale bellum gererent prouincia decreta.Præturas exinde ſortiti ſunt.M.Cecilius Metellus urba/
nam.Qu.Manlius peregrinam.C.Seruilius Siciliam.T.Claudius Sardiniam. Exercitus ita diuiſi:con
ſulum alteri: quem.C.Claudius prioris anni conſul:alteri:quem.Qu.Claudius proprætor:eæ binæ le
giones erant:habuiſſet exercitum. In Ethruria duas uolonum legiones a.C.Terentio proconſule Li/
uius proconſul:cui prorogatum in annum imperium fuit:acciperet:Et.Qu.Manlio ut collegæ iuriſdi
cione tradita:eum exercitum: cui.L.Portius proprætor præfuerat:obtineret:decretum eſt.Iuſſuſq; po
pulari agros gallorum:qui ad pœnos ſub aduentu Aſdrubalis defeciſſent.C.Seruilius cum catinenſi/
bus duabus legionibus:ſicut.P.Manlius tenuerat.Sicilia tuenda data.Ex Sardinia uetus exercitus cui.
A.Hoſtilius præfuerat:deportatus.Nouam legionē quam.C.Claudius traiiceret:ſecum conſules con/
ſcripſerunt.Qu.Claudio ut Tarētum.C.Hoſtilio Tubulo uti capuam prouinciam haberet:prorogatū
in annum eſt imperium.M:Valerius proconſul qui tuendæ circa Siciliam maritimæ oræ præfuerat.
xxx.nauibus.C.Seruilio traditis:cum cætera omni claſſe redire ad urbē iuſſus.In ciuitate tanto diſcri/
mine belli ſollicita cū omniū ſecundoꝝ aduerſorūq; cauſas ī deos uerterēt:multa ꝓdigia nūciabantur:
Terracinæ Iouis ædē:Satrici Matris Matathæ de cælo tactam:ſatricanos haud minus terrebant ī ædē
Iouis foribus ipſis duo prælapſi angues.Ab Antio nunciatū ē cruentas ſpicas metentibus uiſas eē.Cære
porcus biceps:&agnus maſculus:idēq; fœmīa natus erat.Albæ duos ſoles uiſos ferebāt.Et nocte fregel
lis lucē obortā.Et bos ī agro romāo locutus.Et ara Neptūni multo manaſſe ſudorē ī circo flaminio di/

Acceſ/
ſus cōſu
lum ad
urbem

Liuio
Trium/
phus
claudio
ouatio
decreta

L.Vetu
riuſ.Q.
Ceciliꝰ
conſ.

Prodi/
gia

cebatur:Et ædes Cereris Saluτis Quirini de cælo tactæ.Prodigia cõſules hoſtiis maioribus procurare
iuſſi:& ſupplicationẽ unã diem habere.Ea ex ſenatuſcõſulto facta:plus omnibus aut nũciatis ꝑegre aut
uiſis domi ꝓdigiis:terruit animos hominũ:ignis in æde Veſtæ extinctus.Ob quã cauſam cæſa flagro ẽ
ueſtalis uirgo:cuius cuſtodia eius noctis fuerat iuſſu põtificis.P.Licinii.Id quanquam nihil portendẽti/
bus deis:cæterum negligentia humana acciderat:tamẽ & hoſtiis maioribus ꝓcurari : & ſupplicationẽ
haberi ad Veſtæ aram placuit.Priuſquã proficiſcerẽtur conſules ad bellum:moniti ab ſenatu ſunt:ut ĩ
agros reducendæ plebis curam haberẽt deum benignitate ſubmotũ bellum ab urbe Roma:& Latio eẽ
poſſe ſine metu ĩ agris habitari.Minime cõuenire Siciliæ:quã Italiæ colendæ:maiorem curam eſſe:ſed
res haud quaquã erat populo facilis:& liberis cultoribus bello abſumptis:& inopia ſeruitioꝝ:& pecore
direpto:uilliſꝗ dirutis aut incenſis.Magna tamẽ pars auctoritate conſulum compulſa ĩ agros remigra
uit.Mouerant autem huiuſce rei mẽtionẽ placẽtinoꝝ : & cremonẽſium legati querẽtes agrum ſuum
ab accolis gallis incurſari ac uaſtari:magnamꝗ partem colonoꝝ ſuorum dilapſam eſſe:& frequẽtes ſe
urbes:agrũ uaſtatum ac deſertũ habere.Manlio prætori mandatũ:ut colonias ab hoſte tueretur: conſu
les ex.S.C.edixerunt:ut qui ciues Cremonẽſes aut placẽtini eẽnt:ante certum diem in colonias reuerte
rentur:principio deinde ueris:& ipſi ad bellum profecti ſunt.Q.Cecilius conſul exercitũ ab.C.Nerone
L.Veturius ab.Q.Claudio ꝓprætore accepit:nouiſꝗ militibus:quos ipſe cõſcripſerat ſuppleuit . Et in
conſentinũ agrum cõſules exercitũ duxerunt:paſſimꝗ depopulati:cũ agmẽ iam graue præda eẽt:ĩ ſal/
tu anguſto a brutiis iaculatoribuſꝗ numidis turbati ſunt:ita ut non præda tantũ:ſed armati: quoꝗ in
periculo fuerint:maior tamẽ tumultus:quam pugna fuit.Et præmiſſa præda incolumes legiones ĩ lo/

Lucãi ĩ
fidẽ po.
roma.
redeũt

ca occulta euaſere.Inde ĩ lucanos profecti.Ea ſine certamine tota gens in dicionẽ Popu.Ro.rediit.Cum
Annibale nihil eo anno rei geſtũ eſt.Nam neꝗ ipſe ſe obtulit in tam recenti uulnere publico priuatoꝗ:
nec laceſſierunt quietũ romani:tantã ineſſe uim:& ſi oĩa alia circa eũ ruerent:in uno illo duce cenſebãt.
Ac neſcio an mirabilior in aduerſis:quã ſecũdis rebus fuerit.Quippe cũ & in hoſtiũ terra per annos tre
decim iam procul ab domo:uaria fortuna bellum gereret:exercitũ nõ ſuo ciuili:ſed mixto ex colluuiõe
omnium gẽtium:quibus nõ lex:nõ mos:nõ lingua cõmunis:alius habitus:alia ueſtris:alia arma:alii ri/
tus:alia ſacra:alii prope dii eẽnt:ita quodã uno uinculo coppulauerit eos:ut nulla nec ĩter ipſos:nec aduer
ſus ducem ſeditio extiterit:cũ & pecunia ſæpe ĩ ſtipendiũ:& cõmeatus ĩ agro deeſſet:quoꝝ inopia prio
re punico bello multa infanda ĩter duces:militeſꝗ cõmiſſa fuerãt.Poſt Aſdrubalis uero exercitũ cũ du/
ce:ĩ qbus ſpes oĩs uictoriæ repoſita fuerat:deletum:cedẽdoꝗ ĩ angulum brutiũ:cætera Italia cõceſſum
cui nõ uideatur mirabile:nullum motũ ĩ caſtris factum?Nã ad cætera id quoꝗ acceſſerat:ne alẽdi qui
dem exercitus:niſi ex brutio agro ſpes eẽt:qui ut omnis coleretur:exiguus tamen tãto alendo exercitui
erat:cum magnã partẽ iuuentutis abſtractam a cultu agroꝝ bellum occupauerat:& mos uicio etiã inſi
tus genti per latrocinia miliciam exercẽdi:nec ab domo quicquã mittebatur:de Hiſpania retinẽda ſolli
citis tãquã oĩa proſpera in Italia eẽnt.In Hiſpania res quadã ex parte eandẽ fortunã:quadã longe diſpa/

Hiſpão
rum ĩ/
genia

rem habebãt.Eandẽ qđ prælio uicti carthaginẽſes duce amiſſo in ultimã Hiſpaniæ oram uſꝗ ad Ocea
num cõpulſi erant.Diſparẽ autẽ quod Hiſpania non quã Italia modo ſed quã ulla pars terrarũ bello re/
parando aptior erat locoꝝ hominumꝗ ĩgeniis.Itaꝗ ergo romanis prima inita prouĩciaꝝ:quæ quidẽ
continentis ſint:poſtremo oĩum noſtra demũ ætate ductu auſpicioꝗ Auguſti Cæſaris perdomita eſt.
Ibi tum Aſdrubal Giſgonis filius maximus:clariſſimuſꝗ eo bello ſecundũ Barchinos dux regreſſus a
Gadibus:rebellandi ſpem adiuuante.Magone Amilcaris filio delectibus per ulteriorẽ Hiſpaniam habi
tis:ad quinquaginta millia peditũ:quattuormillia & qngentos equites armauit.De equeſtribus copiis
ferme ĩter auctores cõuenit:peditũ.lxx.millia quidã adducta ad Silpiã urbẽ ſcribũt.Ibi ſuper cãpos pa/
tentes duo duces pœni ea mẽte:ne detrectarent certamen cõſederunt.Scipio cũ ad eũ fama tãti cõpara/
ti exercitus perlata eẽt:neꝗ Romanis legionibus tantæ ſe fore parem multitudini ratus:ut in ſpeciem
ſaltem opponerentur barbaroꝝ auxilia:neꝗ in iis tamen tantum uirium ponendum:ut mutando fi/
dem:quæ cladis cauſa fuiſſet patri patruoꝗ:magnũ momentũ facerent:præmiſſo Syllano ad Colcam
duo de.xxx.oppidis regnantẽ:ut equites peditеſꝗ ab eo quos ſe per hyemem conſcripturum pollicitus
erat:acciperet:ipſe a Tarracone profectus:protinus a ſociis qui accolunt uiam:modica contrahendo au
xilia Caſtulonem peruenit.Eo adducta a Syllano auxilia:triamillia peditũ:& equites quĩgenti.Inde ad
Betulam urbem progreſſus cũ omni exercitu ciuiũ:ſociorumꝗ peditũ equitũꝗ.v.&.xl.millibus. Ca/
ſtra ponentes eos Mago:& Maſiniſſa cũ omni equitatu aggreſſi ſunt:turbaſſentꝗ munientes:ni abditi
poſt tumulũ opportune ad id poſiti a Scipione equites improuiſo in effuſos incurriſſent:& promptiſ/
ſimum quenꝗ:& proxime uallum:atꝗ in ipſos munitores primum inuectũ:uixdũ prælio inito:fude/
runt:cũ cæteris:qui ſub ſignis:atꝗ ordine agminis inceſſerant:longior & diu ambigua pugna fuit.Sed
cum ab ſtationibus primũ expeditæ cohortes:deinde ex opere deducti milites:atque arma capere iuſſi
plures & integri feſſis ſubirent:magnumꝗ iam agmẽ armatoꝝ a caſtris ĩ prælium rueret : terga haud
dubie uertũt pœni.Numidæꝗ primo turmatim abibant:nihil propter pauorẽ feſtinationẽue confuſis
ordinibus:deĩde poſteaquã acrius ultimis ĩcidebat romanus:neꝗ ſuſtineri impetus poterat:nihil iam
ordinũ memores:paſſim qua cuiꝗ proximũ fuit:ĩ fugã effundũtur.Et quãquã eo prælio aliquantũ &
romanis aucti:& diminuti hoſtibus animi erãt:tamẽ nũquã aliquot ĩſequẽtes dies ab excurſiõibus eq/

Hoſtiũ
fuga

tũ:leuiſꝗ armaturæ ceſſatũ eſt.Vbi ſatis tẽptatæ per hæc leuia certamina uires ſunt:prior Aſdrubal in
aciẽ copias eduxit:deĩde & romani ꝓceſſere:ſed utraꝗ acies ꝓ uallo ſtetit ĩſtructa.Et cum a neutris pu/

gna cœpta eſſet:iam die ad occaſum inclinante a pœno prius deinde a romano ĩ caſtra copiæ reductæ.
Hoc idem per dies aliquot factum.Prior ſemper pœnus copias caſtris educebat:prior feſſis ſtãdo ſignũ
receptui dabat.A neutra parte ꝓcurſum tæluue miſſum:aut uox ulla orta.Mediam aciẽ hinc romani:
illinc carthaginenſes mixti afris:cornua ſocii tenebant.Erant autẽ utrinq; hiſpani pro cornibus.Ante
punicam aciem elephanti caſtellorũ procul ſpeciẽ uiſu præbebant.Iam hoc in utriſque caſtris ſermonis
erat:ita ut inſtructi ſtetiſſent:pugnaturos:medias acies Romanũ pœnumq;:quos iter belli cã eſſet:pari
robore animorũ armorũq; cõcurſuras.Scipio:ubi hoc obſtinate credi animaduertit:omnia de ĩduſtria
in eum diem:quo pugnaturus erat:mutauit:teſſerã ueſperi ꝑ caſtra dedit:ut ante lucẽ uiri eqq; cũ prãſi
eſſent:armatus eques frænatos ſtratoſq; teneret equos.Vixdũ ſatis certa luce eqtatum omnem cũ leui
armatura in ſtationes punicas ĩmiſit:ipſe confeſtim cum graui agmine legionũ ꝓcedit:præter opinio/
nem deſtinatã ſuorum:hoſtiumq; Romano milite cornibus fimatis ſociis in mediam aciem acceptis.
Sed Aſdrubal clamore equitũ excitatus:ut ex tabernaculo ꝓſiluit:tumultumq; ante uallum:& trepida
tionẽ ſuorum:& procul ſigna legionum fulgentia plenoſq; hoſtium campos uidit:equitatũ omnẽ extẽ
plo in equites emiſit.Ipſe cum peditum agmine caſtris egreditur:nec ex ordine ſolito quicquã acie in/
ſtruenda mutat:Equitum ĩãdiu anceps pugna erat:nec ipſa ꝑ ſe decerni poterat:quia pulſis:quod pro/
pe inuicẽ fiebat:in aciem peditũ tutus receptus erat.Sed ubi iam haud plus quingentos paſſus acies ĩter
ſeſe diuiſæ aderant:ſigno receptui dato Scipio patefactiſq; ordinibus equitatum omnem:leuẽq; arma/ Scipiõis
turam in medium acceptam:diuiſamq; ĩ partes duas in ſubſidiis poſt cornua locat.Inde ubi ĩcipiendæ ſtratage
iam pugnæ tempus erat:hiſpanos ea media acies fuit:preſſo gradu incedere iubet:ipſe e dextero cornu ma
ibi nãq; præerat:nunciũ ad Syllanũ & Martium mittit:ut cornu extenderent ĩ ſiniſtra parte:quẽadmo
dum ſe tendentẽ ad dexterã uidiſſent:& cum expeditis peditũ equitumq; prius pugnã cõſererẽt cum
hoſte:quã coire inter ſe mediæ acies poſſent.Ita deductis cornibus cum ternis peditum cohortibus:ter
niſq; equitum turmis:ad hoc uelitibus citato gradu in hoſtem ducebant ſequẽtibus aliis ĩ obliquum.
Sinus ĩ medio erat:quia ſegnius hiſpanorum ſigna incedebãt:& iam conflixerãt cornua:cum quod ro
boris in acie hoſtiũ erat:pœni ueterani afriq;:nondum ad tæli coniectũ ueniſſent:neq; ĩ cornua:ut adiu
uarent pugnantes:diſcurrere auderent:ne aperirent mediã aciem uenienti ex aduerſo hoſti.Cornua an
cipiti prælio urgebãtur:eques leuiſq; armatura & uelites:circunductis alis in latera incurrebãt.Cohor/
tes a fronte urgebant:ut abrumperent cornua a cætera acie:& tum ab omni parte:haud quaquam par
pugna erat:tum quod turba balearium:tyronũq; hiſpanorũ Romão latinoq; militi obiecta erat:proce
dente iam die uires etiã deficere Aſdrubalis exercitum cœperant:oppſſos matutino tumultu coactoſq; Redigũ
priuſquam cybo corpora firmarent:raptim ĩ aciem exire.Ad id ſedulo diem extraxerat Scipio:ut ſera tur tre/
pugna eſſet:Nam a ſeptima demũ hora peditum ſigna cornibus ĩcurrerunt:Ad medias acies aliq̃to ſe/ pide ĩ ca
rius peruenit pugna:ut prius æſtus a meridiano ſole:laborq; ſtãdi ſub armis:& ſimul fames:ſitiſq; cor ſtra pœ
pora afficerent:quam manus cum hoſte cõſererent.Itaq; ſteterunt ſcutis innixi:Nam ſuper cætera ele/ ni
phanti etiam tumultuoſo genere pugnæ equitũ uelitumq;:& leuis armaturæ conſternati e cornibus ĩ
mediam aciem ſeſe ĩtulerant.Feſſi igĩ corporibus animiſq; rettulere pedem:ordines tamen ſeruantes
haud ſecus:quam ſi ĩperio ducis cederet integra acies.Sed cũ eo ipſo acrius:ubi inclinatã ſenſere:uicto/
res ſe undiq; inueherent:nec facile ĩpetus ſuſtineri poſſet:q̃q̃ retinebat obſiſtebatq; cedẽtibus Aſdrubal
ab tergo eſſe colles:tutũq; receptum:ſi modice ſe reciperent:clamitans:tamẽ uicente uerecundiam me/
tu cum ꝓximus quiſq; hoſtem cæderet:terga extemplo data:atq; ĩ fugam ſeſe omnes effuderunt.Ac
primo cõſiſtere ſigna in radicibus collium:ac reuocare in ordines militẽ cœperant:cunctantibus in ad/
uerſum collem erigere aciem romanis.Inde ut inferri ĩpigre ſigna uiderunt:integrata fuga ĩ caſtra paui
di:ĩpelluntur nec procul uallo romanus aberat.Cepiſſetq; tanto ĩpetu caſtra:niſi ex uæhemẽti ſole qua
lis iter graues imbre nubes effulget:tanta uis aquæ deiecta eẽt:ut uix in caſtra ſua receperint ſe uictores
quoſdam etiam religio ceperit:ulterius eo die quicquã conandi:Carthaginenſes quãquam feſſos labo/
re:ac uulneribus nox imberq; ad neceſſariã quietem uocabat:tamen quia metus & periculum ceſſandi
non dabat tempus prima luce oppugnaturis hoſtibus caſtra:ſaxis undiq; circa ex propinquis uallibus
congeſtis:augent uallum:munimẽto ſeſe:quando in armis parum præſidii foret:defenſuri.Sed tranſi/
tio ſociorum fuga:ut tutior mora uideretur:fecit:principium defectionis ab Attane regulo turdetano
rum factum eſt.Is cũ magna populariũ manu tranſfugit.Inde duo munita oppida cũ præſidiis tradita
a præfectis romano.Et ne latius inclinatis ſemel ad defectionem animis ſerperet res:ſilentio proximæ
noctis Aſdrubal caſtra mouet.Scipio ut prima luce qui in ſtationibus erant:rettulerunt profectos ho/ Aſdru/
ſtes:præmiſſo equitatu ſigna ferri iubet.Adeoq; citato agmine educti ſunt:ut ſi uia recta ueſtigia ſequẽ baliſ fu/
tes iſſent:haud dubie aſſecuturi fuerint:ſed ducibus eſt creditũ:breuius aliud eſſe:iter ad Betim fluuiũ ga
ut tranſeuntes aggrederentur.Aſdrubal clauſo tranſitu fluminis ad Oceanũ flectit:& iam inde fugien/
tium modo effuſi abibant.Idq; ab legionibus romanis aliquantũ interualli fecit:eques:leuiſq; armatu
ra nunc a tergo:nunc a lateribus occurrendo fatigabat morabaturq;.Sed cum ad crebros tumultus ſi/ Attrit
gna conſiſterent:& nunc equeſtria:nunc cum uelitibus:auxiliiſq; peditũ prælia cõſererẽt:ſuperuene/ hoſtiũ
runt legiones inde iam nõ pugna:ſed trucidatio uelut pecorũ fieri:donec ipſe dux fugæ auctor in proxi cædẽ
mos colles cũ ſeptẽmillibus ferme ſemiermium euaſit:cæteri cæſi captique:caſtra tumultuaria raptim
tumulo æditiſſimo cõmunierũt:atq; ĩde cũ hoſtis neqq̃ ſubire iniquo aſcenſu conatus eẽt:haud diffi
culter ſeſe tutati ſunt:ſed obſidio ĩ loco nudo:atq; inopi uix ĩ paucos dies tolerabilis erat:itaq; trãſitiões

ad hoſtes fiebant.Poſtremo dux ipſe:nauibus acceptis:nec procul inde aberat mare:nocte:relicto exer/
citu.Gades ꝑfugit.Scipio:fuga ducis hoſtiũ audita:decẽmillia peditum:mille equites reliqt Syllano ad
caſtroꝝ obſidionẽ.Ipſe cũ cæteris copiis:ſeptuageſimis caſtris:protinus cauſis reguloꝝ ciuitatiumq; co
gnoſcendis:ut præmia ad uerã meritoꝝ æſtimationẽ tribui poſſent.Tarraconẽ rediit. Poſt ꝓfectionẽ
eius Maſiniſſa cũ Syllano clã cõgreſſus:ut ad noua cõſilia gentẽ quoq; ſuã obedientẽ haberet:cũ paucis
popularibus in Africã traiecit.Nõ tam euidẽti eo tẽpore ſubitæ mutationis cã:quã documento poſt id
tempus cõſtantiſſimæ ad ultimã ſenectã fidei:ne tum quidẽ eũ ſine probabili cauſa feciſſe.Mago inde:
remiſſis ab Aſdrubale nauibus:Gades petit.Cæteri deſerti ab ducibus pars tranſitione:pars fuga diſſi/

Pellũt hiſpãia pœni xiiii.an/no ſcđi belli punici

pati per proximas ciuitates ſunt:nulla manus numero aut uiribus ĩſignis:hoc maxĩe modo:ductu atq;
auſpicio procõſulis Scipionis pulſi Hiſpania carthaginẽſes ſunt quartodecimo anno poſt bellũ initum
quinto poſteaq̃ proconſul Scipio ꝓuincia & exercitũ accepit.Haud multo poſt Syllanus debellatũ refe
rens.Tarraconẽ ad Scipionẽ rediit.L.Scipio cũ multis nobilibus captiuis:nũcius receptæ Hiſpaniæ Ro
mam eſt miſſus.Et cũ cæteri læticia gloriaq; ingenti eam rẽ uulgo ferrent:unus qui geſſerat:inexplebi
lis uirtutis:ueræq; laudis parũ ĩſtar eoꝝ:quæ ſpe ac magnitudine animi cõcepiſſet: receptas Hiſpanias
ducebat.Iã Africam:magnamq; Carthaginẽ & ĩ ſuũ decus nomenq; uelut conſumatã eius belli gloriã
ſpectabat.Itaq; ꝓmoliendas ſibi ratus iam res:reconciliandoſq; regum:gẽtiumq; animos.Syphacẽ pri/
mum regem ſtatuit tẽptare.Maſſeſſulorum is rex erat.Maſſeſſuli gens affinis mauris regionẽ Hiſpa/
niæ maxime qua ſita noua Carthago ẽ:ſpectant.Fœdus ea tẽpeſtate regi cum Carthaginenſibus erat:
quod haud grauius ei ſanctiuſque quã uulgo barbaris:qbus ex fortuna pendet fides:ratus fore:oratorẽ
ad eũ.C.Læliũ cum donis mittit.Quibus barbarus lætus:& quia res tum ꝓſperæ ubiq; romanis: pœ
nis autẽ in Italia aduerſæ ĩ Hiſpania nullæ iã erant:amiciciã ſe romanoꝝ accipere annuit:firmãdæ eius
fidem nec dare:nec accipere niſi cum ipſo corã duce romano.Ita Lællius in id modo fide a rege accepta:
tutum aduentum fore ad Scipionẽ redit.Magnũ ĩ oĩa momentũ Syphax affectãti res erat Africæ: opu
lentiſſimus eius terræ:bello iam expertus ipſos carthaginẽſes:finibus etiam regni apte ad Hiſpaniam:

Aſdru/bal & Scipio eodẽ tẽpore ad ſyphacẽ ueniũt

qua freto exiguo dirimũtur:poſitis.Dignã itaq; rem Scipio ratus:quæ quoniam non aliter poſſet:ma/
gno periculo peteretur.L.Martio Tarracone:Syllano Carthagine noua:quo pedibus a Tarracone itine
ribus magnis ierat:ad præſidiũ Hiſpaniæ relictis:ipſe cum.C.Lællio duabus quĩqueremibus ab Car/
thagine profectus tranquillo mari plurimũ remis ĩterdum & leui adiuuante uento in Africã traiecit.
Forte ita incidit:ut eo ipſo tempore Aſdrubal pulſus Hiſpania ſeptem triremibus portũ inuectus : an/
choris poſitis:terræ applicaret naues.Cum cõſpectæ duæ qnqueremes haud cuiq̃ dubio quin hoſtium
eſſent:opprimiq; a pluribus:priuſquã portũ intrarent:poſſent:nihil aliud quã tumultũ: ac trepidatio/
nem ſimul militum:ac nautarum:nequicquam armaq; & naues expedientiũ fecerũt:percuſſa enim ex
alto uela acriori uento:prius in portum intulerunt:quinqueremes:quã pœni anchoras molirẽtur:nec
ultra tumultũ ædere quiſquam ĩ regio portu audebat.Itaq; prior ĩ terrã Aſdrubal:mox Scipio:& Lælli
us egreſſi ad regem pergunt.Magnificũq; id Syphaci nec erat alias uiſum:duoꝝ opulentiſſimoꝝ ea tẽ/
peſtate duces populorum uno die ſuam pacem amicitiamq; petentes ueniſſe:utrunq; in hoſpitium in/
uitat.Et quoniam ſors eos ſub uno tecto ẽẽ:atq; ad eoſdẽ penates uoluiſſet:cõtrahere ad colloquiũ diri
mendaꝝ ſimultatũ cauſa ẽ conatus.Scipione abnuente haud priuatũ ſibi ullũ cũ pœno odiũ ẽẽ:qđ col/
loquẽdo finiret:aut de repu.ſe cum hoſte agere quicquã iniuſſu ſenatus poſſe.Illud magnopere tendẽ/
te rege:ne alter hoſpitiũ excluſus menſa uideretur:ut in animũ ĩduceret:ad eaſdem uenire epulas haud
abnuit.Cænatumq; ſimul apud regẽ ẽ.Et eodẽ ẽt lecto Scipio atq; Aſdrubal:quia ita cordi erat regi:ac

Atſ.Aſdruba/liſ de ſcipiõe iu/dicium

cubuerunt.Tãta autem inerat comitas Scipioni:atq; ad omnia naturalis ĩgenii dexteritas : ut non Sy/
phacẽ modo barbaꝝ:inſuetumq; omnibus moribus romanis:ſed hoſtem etiam infeſtiſſimum facun
de alloquendo ſibi cõciliaret:mirabilioreq; ſibi eũ uiꝝ cõgreſſo corã uiſum præ:ſe ferebat:quã bello re
bus geſtis:nec dubitate:quin Syphax:regnumq; eius iam in romanoꝝ eſſet:poteſtate:eam artẽ illi ui/
ro ad conciliandos animos eſſe.Itaq; non quomodo Hiſpaniæ amiſſæ ſint quærendũ magis carthagi/
nenſibus eſſe:quam quomodo Africã retineant cogitandum:nõ peregrinabũdum:neq; circa amœnas
oras uagantem tantum ducẽ Romanũ:relicta prouĩcia nouæ dicionis:relictis exercitibus: duabus na/
uibus in Africã traieciſſe:& cõmiſiſſe ſeſe ĩ hoſtilem terram ĩ poteſtatem regiam:ĩ fidem inexpertam:
ſed potiundæ Africæ ſpem affectantẽ:hoc eũ iampridem uolutare ĩ aĩo:hæc palam fremere:quod non
quẽdmodum Anni bal in Italia:ſic Scipio ĩ Africa bellum gereret.Scipio fœdere icto cum Syphace:ꝓ
fectaus ex Africa dubiiſq; & plæriſq; ſæuis ĩ alto iactatus uẽtis die quarto nouæ Carthaginis portum te
nuit.Hiſpaniae:ſicut a bello punico quietae erãt.Ita quaſdam ciuitates ꝑꝑ conſcientiã culpæ metu ma/
gis quã fide quietas eſſe apparebat:quaꝝ maxime inſignes & magnitudine:& noxa Illiturgia & Caſtu/
lo erant.Caſtulo cũ proſperis rebus ſocii fuiſſent:poſt cæſos cũ exercitibus Scipiões defecerat ad pœnos
Illiturgitani prodendis:qui ex illa clade ad eos ꝑfugerunt:interficiẽdiſq;:ſcelus etiam defectioni addide
runt.In eos populos primo aduentu:cũ dubiæ Hiſpaniæ eſſent:merito magis quam utiliter ſæuitum
eſſet:tunc iam tranquillis rebus:qa tempus expetendæ pœnæ uidebatur:ueniſſe: accitũ ab Tarracõe.L.
Martiũ cũ tertia parte copiarum ad Caſtulonẽ oppugnandã mittit.Ipſe cũ cætero exercitu qntis fermẽ
ad Illiturgiã caſtris ꝑuenit.Clauſæ erãt portæ:omniaq; ĩſtructa & parata ad oppugnationẽ arcẽdã:adeo
conſcientia:qđ ſe meritos ſcirent:pro indicto eis bello fuerat.Hinc & hortari milites Scipio orſus ẽ:ipos
claudẽdis portis indicaſſe hiſpanos:quid ut timerent:meriti eſſent.Itaq; multo infeſtioribus animis cũ

eis:quam cū Carthaginēſibus bellū gerēdum eſſe:quippe cū illis ſine ira prope de imperio & gloria cer
tari:ab iis perfidiæ & crudelitatis:& ſceleris pœnas expetendas eſſe:eueniſſe tempus: quo & nefandam
commilitonum necem & in ſemetipſos:ſi eodem fuga delati forent:inſtructam fraudem ulciſcerētur:
& in omne tempus graui documento ſancirent:nequis unquam Romanum ciuem militemqꝫ in ulla
fortuna opportunum iniuriæ duceret. Ab hac exhortatione ducis incitati ſcalas electis per manipulos
uiris diuidunt:partito exercitu:ita ut parti alteri Lællius p̄eſſet legatus duobus ſimul locis ancipiti ter/
rore urbem aggrediuntur.Non dux unus aut plures principes oppidanos:ſed ſua ipſorum conſcientia
culpæ metus ad defendendam impigre urbem hortatur:& meminerant & monebant alios ſuppliciū
ex ſe non uictoriam peti:ubi quiſqꝫ mortē oppeteret:id referre:utrum in pugna & in acie:ubi mars cō/
munis:& uictum ſæpe erigeret:& affligeret uictorē:an poſt modū cremata & diruta urbe ante ora ca/
ptarū coniugū:liberorūqꝫ inter uerbera:& uincula oīa fœda:atqꝫ indigna paſſi expirarent.Igitur nō mi
litaris modo ætas aut uiri tantum:ſed fœminæ quoqꝫ pueriqꝫ ſupra animi:corporiſqꝫ uires ad ſunt:ꝓ/
pugnantibus tæla miniſtrant:ſaxa in muros munientibus gerunt:non libertas ſola agebatur: quæ ui/
rorum fortiū tantū pectora acuit:ſed ultima oībus ſupplicia:& fœda mors ob oculos erat.Accendeban
tur animi:& certamine laboris ac periculi:atqꝫ ipſo inter ſe cōſpectu.Itaqꝫ tanto ardore certamen initū
eſt:ut domitor ille totius Hiſpaniæ exercitus ab unius oppidi iuuentute ſæpe repulſus a muris haud ſa
tis decoro prælio trepidaret.Id ubi uidit Scipio ueritus ne uanis conatibus tot ſuorum hoſtium creſce
ret animus:& ſegnior miles fieret:ſibimet conandum ad hanc partem periculi capeſſendam eſſe ratus:
increpita ignauia militum ferri ſcalas iubet:& ſeipſum ſi cæteri cunctentur:aſcenſurum minatur. Iam
ſubierat haud mediocri periculo mœnia:cum clamor undiqꝫ ab ſollicitis uicem imperatoris militibus
ſublatus ſcalæqꝫ multis partibus ſimul erigi cœptæ.Et ex altera parte Lællius inſtitit.Tum uicta oppi/ Capit̃ Il
danorum uis:deiectiſqꝫ propugnatoribus occupantur muri:Arx etiam ab ea parte:qua inexpugnabilis liturgi
uidebatur:inter tumultum capta eſt.Tranſfugæ afri:qui tum inter auxilia romana erant:& oppidanis
in ea tuenda:unde periculum uidebatur:uerſis:& romanis ſubeuntibus ſcalis mœnia: qua adire pote/
rant:conſpexerunt æditiſſimam urbis partem:quæ rupe alta tegebatur:neqꝫ opere ullo munitam:& a
defenſoribus uacuam:leuium corporum homines & multa exercitatione pernicium:clauos ſecum fer
reos portantes:qua per inæquabiliter eminentia rupis poterant:ſcandunt:ſic ubi nimis arduum: & le/
ue ſaxum occurrebat:clauos per modica interualla figentes:cum uelut gradus feciſſent primi ſequen/
tes extrahentes manu:poſtremi ſubleuantes eos:qui præirent:in ſummum euadunt: inde decurrunt
cum clamore in urbem iam captam ab romanis.Tum uero apparuit ab ira:& odio urbem oppugna/ Illiturgi
tam eſſe:nemo capiendi uiuos:nemo patentibus ad direptiōem omnibus prædæ memor eſt: trucidāt tanoꝝ
inermes iuxta atqꝫ armatos:fœminas pariter ac uiros. Vſqꝫ ad infantium cædem ira crudelis peruenit. cædes
Ignem deinde tectis iniiciunt:ac diruunt:quæ incendio abſumi nequeunt. Adeo ueſtigia quoqꝫ urbis
extinguere:ac delere memoriam hoſtium ſedis cordi eſt.Caſtulonem inde Scipio exercitū ducit:quam Caſtulo
urbē nō Hiſpani modo cōuenæ:ſed punici etiā exercitus ex diſſipata paſſim fuga reliquiæ tutabantur:
ſed aduentū Scipionis p̄uenerat fama cladis illiturgitanoꝝ:terrorqꝫ deinde:ac deſperatio inuaſerat:& ī
diuerſis cauſis: cum ſibi quiſque conſultum ſine alterius reſpectu uellet:primo tacita: ſuſpicio: dein/
de aperta diſcordia ſeceſſionem inter Carthaginenſes:atqꝫ hiſpanos fecit.His Cerdubellus propalā de/
ditionis auctor.Himilco punicis auxiliaribus præerat:quos urbēqꝫ fide clam accepta.Cerdubellus Ro
mano prodit.Mitior ea uictoria fuit:nec tantūdē noxæ admiſſum erat:& aliquantū iræ lenierat uolun
taria d̄ditio.Martius īde ī barbaros:ſiq nōdū ꝑdomiti erāt:ſub ius deditionēqꝫ redigēdo miſſus.Scipio
Carthaginē ad uota ſoluēda diis munuſqꝫ gladiatoꝝ:qđ mortis cā pr̄is:patruiqꝫ pauerat ædēdū rediit.

Gladiatorium ſpectaculum fuit non ex eo genere hominum:ex quo laniſtis cōparare mos eſt:ſeruo Munus
rum delectu ac libertoꝝ:qui uænalē ſanguinē habent.Vo luntaria omnis:& ingratuita opera pugnan/ gladia/
tium fuit.Nam alii miſſi ab regulis ſunt ad ſpecimē inſitæ genti uirtutis oſtendendū. Alii ipſi profeſſi toriū ex
ſe pugnaturos ingratiam ducis. Alios æmulatio & certamē ut prouocarēt:prouocatiue haud abnuerēt quo ge/
traxit.Quidam:quas diſceptando cōtrouerſias finire nequiuerant aut noluerant:pacti inter ſe:ut uicto nere ho
rem res:ſequeret̃:ferro decreuerūt.Neqꝫ obſcuri generis homines:ſed clari illuſtreſqꝫ Corbis & Orſua minū
patrueles fratres de prīcipatu ciuitatis:quā Ibem uocabant ambigentes ferro ſe certaturos ꝓfeſſi ſunt. editum
Corbis maior erat ætate:Orſuæ pater princeps ꝓxime fuerat a fratre maiore poſt mortem eius princi
patu accepto.Cū uerbis diſceptare Scipio uellet:ac ſedare iras:negatū id:ambo dicere: commnibus co/
gnatis:nec aliū deorum hominūue:quam martem ſe iudicem habituros eſſe.Robore maior: minor
flore ætatis ferox:mortē ī certamine:quā ut alter alterius īperio ſubigeret̃:præoptātes:cū ab tāta rabie
dirimi nequirent:īſignæ ſpectaculum exercitui præbuere:documētūqꝫ quātum cupiditas imperii ma
lum īter mortales eſſe.Maior uſu armoꝝ & aſtu facile ſtolidas uires minoris ſupauit. Huic gladiatorū
ſpectaculo ludi funebres additi pro copia & prouinciali:& caſtrēſi apparatu.Res īterim nihilominus a
Legatis gerebātur.Martius ſuperato Bete amni quem incolæ appellant Cirtim:duas opulentiſſimas ci
uitates ſine certamine in deditionem accepit.Aſtapa urbs erat carthaginenſium ſemper partis: neqꝫ id
tam dignum ira erat:quā quod extra neceſſitates belli præcipuum in romanos gerebāt odiū:nec urbē
ſitu:aut munimento tutā habebant:quæ ferociores iis aīos faceret:ſed ingenia incolaꝝ latrocinio læta
ut excurſiōes in finitimū agrum ſociorū Populi Ro.facerēt:īpulerāt:& uagos milites romanos lixaſqꝫ
& mercatores exciperent:Magnum etiam comitatū:quia paucis parum tutum fuerat tranſgrediētem

fines poſitis inſidiis circunuentū iniquo loco interfecerūt. Ad hanc urbē oppugnandam cum admotus exercitus eſſet: oppidani cōſcientia ſcelerum: quia nec deditio tuta ad tā īfeſtos hoſtes uidebat̄: nec ſpes mœnibus aut armis tuēdæ ſalutis erat: facinus ī ſe: ac ſuos fœdū: ac ferum conſciſcunt: locū ī forum deſtinant: quo prætioſiſſima rerum ſuaꝝ cōgererent ſuper eū tumulum cōiuges: ac liberos conſidere cū iuſſiſſent: ligna circa extruunt: faſceſq; uirgultoꝝ coniiciunt: qnquagīta deinde iuuenibus armatis præcipiunt: ut donec incertus euentus pugnæ eſſet: præſidium eo loco fortunaꝝ ſuarum: corpoꝝ quæ cariora fortunis eēnt: ſeruarent. Si rē inclinatā uiderent: atq; ī eo eſſe iā ut urbs caperetur. ſcirēt oēs: quos euntes in præliū cernerēt: mortē in ipſa pugna obituros: illos ſe ꝑ deos ſuperos: inferoſq; orare: ut memores libertatis quæ illo die: aut morte honeſta: aut ſeruitute infami finiēda eſſet: nihil reliquerēt: ī qđ ſæuire iratus hoſtis poſſet: ferrū ignēq; in manibus eſſe: amicæ ac fideles potius ea: quæ peritura forēt: abſumerent manus: quā inſultarent ſuperbo ludibrio hoſtes. His adhortationibus execratio dira adiecta: ſiquē a propoſito ſpes: molliciaue animi flexiſſet: inde concitato agmine: patentibus portis: ingenti cum tumultu erūpunt: Neq; erat ulla ſatis firma ſtatio oppoſita: quia nihil minus: quā ut egredi mœnibus auderēt: timeri poterat. Perpaucæ equitū turmæ: leuiſq; armatura repēte e caſtris ad ipſum emiſſa occurrit: acrior impetu atque animis: quā compoſitior ullo ordine pugna fuit. Itaq; pulſus eques: qui primus hoſti ſe obtulerat: terrorē intulit leui armaturæ: pugnatūq; ſub ipſo uallo foret: ni robur legionum perexiguo ad inſtruendum dato tempore aciem derexiſſet. Ibi quoque trepidatū parumper circa ſigna eſt: cum cæci furore in uulnera ac ferrū uecordi audacia ruerent. Deinde uetus miles aduerſus temerarios īpetus pertinaci cæde primoꝝ: inſequentes ſuppreſſit conatus: paulopoſt ultro inferens pedem ut neminem cædere: atque obſtinatos mori in ueſtigio quēque ſuo uidit: patefacta acie: quod ut facere poſſet: multitudo armatorum facile ſuppeditabat: cornua hoſtium amplexus in orbem pugnantes ad unū omnes occidit. Atque hæc tamen hoſtium iratorum ac tamen maxime dimicantium iure belli in armatos repugnanteſque ædebantur. Fœdior alia in urbe trucidatio erat: cum turbā fœminaꝝ puerorūq; imbellem inermemque ciues ſui cæderent: & in ſuccenſum rogū ſemianima plæraq; iniicerent corpora: riuique ſanguinis flamam orientem reſtinguerent. Poſtremo ipſi cæde miſeranda ſuorū fatigati: cū armis medio incendio ſe iniecerunt. Iam cædi perpetratæ uictores romani ſuperuenere. Ac primo conſpectu tā fœdæ rei mirabundi parumper obſtupuerunt. Deinde cum auꝝ argentumque cumulo reꝝ aliaꝝ interfulgens auiditate īgenii humani rapere ex igne uellēt: correpti alii flama ſunt: alii ambuſti afflatu uaporis: cū receptus primis urgēte ingenti turba nō eſſet. Ita Aſtapa ſine p̄da militū ferro igniq; abſumpta eſt. Martius cæteris regiōis eius metu ī deditionē acceptis: uictorē exercitū Carthaginē ad Scipionē reduxit. Per eos ipſos dies ꝑfugæ a Gadibus uenerūt pollicētes urbē punicūq; p̄ſidiū: quod ī ea urbe eēt: & īperatorē p̄ſidii cum claſſe ꝓdituros eē. Mago ibi ex fuga ſubſtiterat: nauibuſq; in oceano collectis: aliquantū auxilioꝝ & trans fretum ex Africa ora: & ex proximis Hiſpaniæ locis ꝑ Hānonem p̄fectum coegerat. Fide accepta: dataque perfugis: & Martius eo cum expeditis cohortibus: & Lællius cum ſeptem triremibus: quīqueremi una eſt miſſus ut terra mariq; cōmuni cōſilio rē gererēt.

Scipio ipſe graui morbo īplicitus: grauiore tamē fama: cū ad id quod quiſq; audierat īſita hoībus libidine alendi de īduſtria rumores adiiceret aliquid: prouīciā oēm: ac maxīe lōginqua eius turbauit: apparuitq; quātā excitatura molē uera fuiſſet clades: cū uanus rumor tātas procellas exciuiſſet: nō ſocii in fide: nō exercitus ī officio māſit. Mādonius: & Indibilis: quibus quia regnū ſibi Hiſpaniæ expulſis inde Carthaginēſibus deſtinarāt aīs: nihil proſpere cōtigebat: cōcitatis popularibus: lacetani autē erāt: & iuuentute celtiberoꝝ excita: agrū ſueſitanū: ſedetanūq; ſociorū Popu. Roma. hoſtiliter depopulati ſunt. Ciuilis alius furor ī caſtris ad Sucronē ortur. Octo ibi millia militū erāt: p̄ſidiū gētibus: quæ cis Iberꝝ īcolūt: īpoſitū. Motæ eoꝝ autem mentes ſunt: nō tum cum primū de uita īperatoris dubii rumores allati ſunt: ſed iā ante licētia ex diutino: ut fit: ocio collectæ: & nō nihil: quod ī hoſtico laxius rapto ſuetis uiuere: artiores in pace res erant. Ac primo ſermones tantū occulti ferebantur: ſi bellum in prouīcia eſſet: quid ſeſe inter pacatos facere? Si debellatū iam: & confecta prouīcia eſſet: cur in Italiā nō reuehi? Flagitatum quoq; ſtipēdiū procacius: quā ex more: & modeſtia militari erat: & a cuſtodibus probra ī circumeuntes uigilias tribunos iacta. Et noctu quidam p̄datum in agrum circa pacatum ierāt. Poſtremo interdiu: ac propalam ſine commeatu ab ſignis abibant. Oīa libidine ac licentia militū: nihil inſtituto: aut diſciplina militiæ: aut imperio eoꝝ: qui p̄erant: gerebantur. Forma tamen romanorum caſtroꝝ cōſtabat: una ea ſpe: quod tribunos ex contagione furoris haud expertes ſeditionis defectioniſq; rati forēt & iura reddere in principiis ſinebant: & ſignum ab eis petebant: & in ſtationes ac uigilias ordine ibant. Et ut uim imperii abſtulerant: ita ſpeciem dicto parentium ultro ipſi imperantes ſeruabant. Erupit deinde ſeditio: poſteaquam repræhēdere atq; improbare tribunos ea: quæ fierēt: & conari obuiam ire: & propalam abnuere furoris eorum ſe futuros ſocios ſenſerunt. Fugatis itaq; ex principiis: ac paulopoſt e caſtris tribunis ad principes ſeditionis gregarios milites. C. Albium Calenum. C. Atrium Vmbriū delatum omniū conſenſu imperium: qui nequaquam tribuniciis contenti ornamentis: inſignia etiā ſummi imperii faſces ſecureſq; attrectare auſi: neq; iis uenit in mentem ſuis tergis: ſuiſq; ceruicibus uirgas illas ſecureſq; imminere: quas ad metum aliorum præferrent. Mors Scipiōis falſo credita occæcabat animos: ſub cuius uulgatam iam famam nō dubitabant totam Hiſpaniam arſurā bello. In eo tumultu & ſociis pecunias imperari & diripi propīquas urbes poſſe: & turbatis rebus cum omnia omnes auderēt: minus inſignia fore: quæ ipſi feciſſent. Cum alios ſubinde recentes nuncios non mortis modo: ſed ēt

Attur. aſtapanoꝝ facinus

Aſtapāi ad unū cædūt̄

Noui Hiſpāorū motus & ſeditio Militaris

funeris expectarent:neqꝫ ſuperueniret quiſq̃:euaneſceretqꝫ temere ortus rumor:tum primi auctores re
quiri cœpti. Et ſubtrahentes ſe quoqꝫ:ut crediſiſſe potius temere:q̃ finxiſſe rem talem uideri poſſent:
deſtituti duces iã ſua ipſi inſignia:& pro uana imagine ĩperii qđ gererent:uerã iuſtamqꝫ mox in ſe uer/
ſuram poteſtatẽ hæc horrebant. Stupenti ita ſeditioni cũ uiuere primo:mox ẽt ualare Scipionẽ certi au
ctores afferrent:tribuni militũ ſeptem:q ab ipſo Scipione ſunt miſſi:ſupuenerunt. Ad quoꝝ primũ ad
uentũ exaſperati aĩo mox ipſis placido ſermone ꝑmulcentibus notos:cũ quibus congreſſi erant:leniti
ſunt:circũeuntes.n.tentoria primo:deinde ĩ principiis ꝓtorioqꝫ:ubi ſermones inter ſe ſerentiũ circulos
uidiſſent:alloq̃bantur:ꝑcunctantes magis:quæ cã iræ conſternationiſqꝫ ſubite foret:q̃ factũ accuſantes.
Vulgo ſtipendiũ non datũ ad diem iactabat̃. Et cum eodẽ tpe:quo ſcelus illiturgitanoꝝ extitiſſet:poſt
duoꝝ imperatorum:duorũqꝫ exercituum ſtragẽ ſua uirtute defenſum nomen romanũ:ac retenta pro
uincia eſſet:illiturgitanos pœnã noxæ meritã habere: ſuis recte factis gratiã:qui exoluat:non eſſe. Talia
querentes æqua orare:ſeqꝫ ea relaturos ad imperatorem reſpondebant. Lætari quod nihil triſtius:nec
inſanabilius eſſet. Et.P. Scipionẽ proconſulem deũ benignitate:& rem p. eſſe gratiæ referendæ. Scipio/
nem bellis aſſuetũ:ad ſeditionum procellas rudẽ:ſollicitum habebat:res ne aut exercitus peccando:aut
ipſe puniendo modũ excederet. In ꝓſentia:ut cœpiſſet:leniter agi placuit. Et miſſis circa ſtipẽdiarias ci/
uitates exactoribus: ſtipendii ſpẽ propinquã facere. Edictum ſubinde poſitũ: ut ad ſtipendium peten/
dũ conuenirent Carthahinẽ:ſeu carptim partes:ſeu uniuerſi mallent. Tranquillã ſeditionem iam ꝑ ſe
langueſcentẽ repentina quies rebellantiũ hiſpanorum fecit redierant.n.in fines omiſſo incœpto Man/
donius:& Indibilis:poſteaq̃ uiuere Sipionem allatum eſt:nec iam erat aut ciuis:aut externus:cum quo
furorem ſuũ conſociarent:oĩa circunſpectantes conſilia nihil reliqui habebãt ꝓter unum tutiſſimum a
malis conſiliis receptum:ut imperatoris uel iuſtæ iræ:uel non deſperandæ clæmentiæ ſeſe comitterẽt.
ẽt hoſtibus eum ingnouiſſe:cum quibus ferro dimicaſſet:ſuã ſeditionẽ ſine uulnere:ſine ſanguine:nec
ipſam atrocẽ:nec atroci pœna dignã:ut ingenia humana ſunt ad ſuam cuiqꝫ leuandã culpã nimio plus
facunda. Illa dubitatio erat:ſingulæ ne cohortes:an uniuerſi ad ſtipẽdium petendũ irent. Inclinauit eo
ſnĩa:quod tutius cenſebant:uniuerſos ire. Per eoſdem dies:q̃bus hæc illi conſultabant:conſilium de iis
Carthagine erat: certabaturqꝫ ſententiis utrũ in auctores tãtũ ſeditiõis (erãt aũt ii numero haud pluſq̃
.v.&.xxx.) aĩaduerteretur:an plurium ſupplicio uincenda tam fœdi exempli defectio magis:q̃ ſeditio
eſſet. Vicit ſnĩa lenior: ut unde culpa eſſet:orta ibi pœna conſiſteret. Ad multitudinem ſatis eſſe caſtiga
tionem. Concilio dimiſſo:ut id actũ uideretur:expeditio aduerſus Mandonium Indibilẽqꝫ edicit̃ exer
citui:qui Carthagine erat:& cibaria dierum aliquot parare iubentur. Tribunis ſeptẽ:qui antea Sucro/
nem ad leniendam ſeditionem eirant:obuiam exercitui miſſis:quina noĩa principum ſeditionis edita
ſunt:ut eos ꝑ idoneos hoĩes benigno uultu ac ſermone in hoſpitium ĩuitatos:ſopitoſqꝫ uino uincerent
haud procul iam Carthagine aberãt:cum ex obuiis auditum poſtero die oẽm exercitum cum Syllãno
in lacetanos proficiſci:non metu modo omni:qui tacitus inſidebat aĩs: liberauit eos: ſed leticiã ingen/
tem fecit:quod magis habituri ſolũ imperatorem:q̃ ipſi futuri in ꝑtãte eius eſſent. Sub occaſu ſolis ur/
bem ĩgreſſi ſunt:exercitũqꝫ alteꝝ parantem oĩa ad iter uiderunt. Excepti ſermonibus de ĩduſtria com
poſitis:lætum opportunũqꝫ aduentum eoꝝ imperatori eſſe:qđ ſub ipſa profectione alterius exercitus
ueniſſent:corpora curent. A. Tribunis ſine ullo tumultu auctores ſeditionis ꝑ idoneos hoĩes inducti ĩ
hoſpicia:comꝓhenſi ac uĩcti ſunt. Vigilia quarta impedimenta exercitus:cuius ſimulabat̃ iter:profiſci/
ſci cœpere:ſub lucem ſigna mota:& ad portam retentũ agmẽ:cuſtodeſqꝫ circa oẽs portas miſſi:nequis
egrederet̃. Vocati deĩde ad concionem:qui pridie uenerãt:ferociter in forum ad tribunal imperatoris:
ut ultro territuri ſucclamatiõibus cõcurrunt. Simul & ĩperator aſcẽdit:& reducti armati a portis iner/
mi ſe cõcioni ab tergo circũfuderunt. Tum oĩs ferocia cõſedit:& ut poſtea fatebant̃:nihil æque eos ter
ruit:quã ꝓter ſpem robur & color ĩperatoris:quæ affectum uiſuros crediderant:uultuſqꝫ qualẽ ne acie
quidem aiebant meminiſſe. Sedit tacitus pauliſper:donec nũciatum eſt:deductos in foꝝ auctores ſedi
tionis:parata iam oĩa eẽ. Tum ſilẽtio per ꝓconem facto ita cœpit. Nũquã mihi de futurã orationẽ: qua
exercitum meum alloquerer:credidi:nõ quo uerba unquã potius quã res exercuerim: ſed quia prope
a pueritia in caſtris habitus aſſueueram militaribus ĩgeniis:apud uos quẽadmodum loquar: nec cõſi/
lium:nec oratio ſuppeditat:quos ne quo noĩe q̃dẽ appellare debeam:ſcio:ciues? q a pr̃ia ueſtra deſciui/
ſtis:an milites? q ĩperium auſpiciũqꝫ abnuiſtis:ſacramẽti religionẽ rupiſtis hoſtes? corpora:ora:ueſtitũ
habitum ciuium cognoſco:facta:dicta:cõſilia:animos hoſtium uideo. Quid enim uos:niſi quod iller/
gites:& lacetani aut optaſtis aliud? aut ſperaſtis? & illi tamẽ Mandonium atqꝫ Indibilem regiæ nobili/
tatis uiros duces furoris ſecuti ſunt:uos auſpicium & ĩperium ad Vmbrium Actium & Calenum Al/
bium detuliſtis. Negate uos oẽs id feciſſe:aut factum uoluiſſe milites:paucoꝝ eum furorẽ:atqꝫ amẽtiã
eſſe:libenter credam negantibus:nec enim ea ſunt commiſſa:quæ uulgata in omnem exercitum ſine
piaculis ĩgentibus expiari poſſint. Inuitus ea tanquã uulnera attingo:ſed niſi tacta tractataqꝫ ſanari nõ
poſſunt. Equidem pulſis Hiſpania carthaginenſibus:nullum locum tota prouĩcia:nullos hoĩes crede/
bam eſſe:ubi uita inuiſa eſſet mea:ſic me non ſolum aduerſus ſocios geſſeram: ſed ẽt aduerſus hoſtes.
In caſtris meis:heu quãtum me opinio fefellit:fama mortis meæ non accepta ſolum:ſe etiam expecta/
ta eſt:non quod ego uulgari facinus per oẽs uelim: Equidem ſi totum exercitum meum mortẽ mihi
optaſſe crederem:hic ſtatim ante oculos ueſtros morerer:nec me uita iuuaret inuiſa ciuibus: & militi/
bus meis:ſed multitudo oĩs:ſicut natura maris per ſe ĩmobilis eſt:ut uenti & auræ cient: ita aut tran/

Tribu/
noꝝ ac
ceſſus ĩ
caſtra

Vehe/
mẽs Sci
pionis
oratio

quillum:aut procellæ in uobis ſunt:& cã atꝗ origo omnis furoris penes auctores eſt uos contagione inſaniſtis.Quin mihi ne hodie quidem ſcire uidemini:quo amentiæ progreſſi ſitis:quid facinoris in me:quid in patriam:parenteſꝗ:ac liberos ueſtros:quid in deos ſacramenti teſtes:quid aduerſus auſpicia:ſub quibus militatis:quid aduerſus moré militiæ:diſciplinamꝗ maioꝝ:quid aduerſus ſummi imperii maieſtatem auſi ſitis?de meipſo taceo:temere:potius:q̃ auide credideritis.Is deniꝗ ego ſim cuius imperii tædere exercitum minime mirandũ ſit:patria quid de uobis meruerat:q̃ cum Mandonio & Indibili conſociando conſilia prodebatis.Quid populus romanus:cuius ĩperium ablatũ a tribunis ſuffragio populi creatis:ad hoĩes priuatos detuliſtis? cum eo ipſo non contenti:ſi pro tribunis eos haberetis faſces ĩperatoris ueſtri ad eos quibus ſeruus: cui imperarent:nũq̃ fuerat romanus exercitus detuliſtis. In p̃torio tetenderunt Albius & Actius:claſſicum apud eos cecinit:ſignum ab iis petitum eſt.Sederunt in tribunali proconſulis.P.Scipionis lictor apparuit:ſummoto eo in ceſſerunt:faſces cũ ſecuribus prælati ſunt Lapides pluere:& fulmina iaci de cælo:& inſuetos fœtus aĩalia edere:uos portenta eẽ putatis. Hoc eſt portentũ:quod nullis hoſtiis:nullis ſupplicationibus ſine ſanguine eorũ:qui tantũ facinus auſi ſunt:expiari poſſit. Atꝗ ego:quãq̃ nullum ſcelus rationem habet:tamẽ ut ĩ re nefaria q̃ mẽs quod conſilium ueſtrum fuerit:ſcire uelim.Regium quondam in p̃ſidium miſſa legio:interfectis ꝑ ſcelus principibus ciuitatis:urbem oppulẽtam per decem annos tenuit:pp quod facinus:tota legio millia hoĩum quattuor in foro romano ſecuri percuſſi ſunt.Sed illi primũ nõ Actiũ umbrũ ſemilixã nominis ẽt abominãdi ducem: ſed.D.Iubelliũ tri.militum ſecuti ſunt:nec cum Pyrrho:nec cum ſamnitibus:nec cum Lucanis hoſtibus populi romani ſe coniunxerant.Vos cum Mandonio & Indibili cõſilia communicaſtis: & arma cõſociaturi fuiſtis.Illi ſicut campãi Capuã tuſcis ueteribus cultoribus ademptã mamertini in Sicilia Meſſanã eam:ſic tum Regiũ habituri ꝑpetuam ſedem erãt:nec populum romanũ:nec ſocios populi romani ultro laceſſituri bello.Sucronẽ ne uos domiciliũ habituri eratis ubi ſi uos diſcedẽs confecta prouincia imperator relinquerẽ:deum hoĩumꝗ fidem implorare debebatis:quod nõ rediretis ad cõiuges:liberoſꝗ ueſtros:ſed hoꝝ quoꝗ memoriam:ſicut patriæ meiꝗ eieceratis ex aĩs ueſtris. Viam conſilii ſcelerati ſed non ad ultimum dementis exequi uolo:me ne uiuo:& cætero ĩcolumi exercitu cũ quo ego uno die carthaginẽ:cœpi:cũ quo quattuor ĩperatores q̃ttuor exercitus carthaginenſiũ fudi fugaui. Hiſpania expuli: uos octomillia hoĩum maioris certe oẽs p̃tii:q̃ Albius & Vmbrius ſunt quibus uos ſubieciſtis Hiſpaniam prouinciam:populo ro.erepturi eratis?amolior & amoueo nomen meum:nihil ultra facile creditam mortẽ meam a uobis uiolatus ſim.Quid ſi ego morerer:mecum ex

**Impatores q ſecundo bello punico ꝑerunt**

piratura reſpublica:mecũ caſurũ imperiũ erat ne Iſtud Iuppiter Optimus Maximus ſinat.Vrbẽ auſpicato diis auctoribus in æternũ conditam huic fragili & mortali corpori æqualem eſſe.Flaminio Paulo Aemilio.Gracco.Poſthumio Albino.M.Marcello.T.Q.Criſpino.C.Fuluio Scipionibus meis:tot tã p̃claris imperatoribus uno bello abſumptis:ſupſtes eſt eritꝗ reſpublica mille aliis nunc ferro:nũc morbo morientibus:meo unius funere elata populi ro.reſpu.eſſet?uoſipſi hic in Hiſpania patre:& patruo meo:duobus ĩperatoribus interfectis.Septimum Martium ducem uobis aduerſus exultantes recenti uictoria pœnos delegiſtis:& ſic loquor:tanq̃ ſine duce Hiſpaniæ futuræ fuerint.M.Syllanus eodem iure eodem ĩperio mecum ĩ prouintiam miſſus.L.Scipio frater meus:&.C.Lællius legati uindices maieſtatis ĩperii deeſſent?utrum exercitus exercitui:an duces ducibus:an dignitas:an cauſa comparari poterat?quibus ſi oĩbus ſuperiores eſſetis:arma contra patriam:contra ciues ueſtros ferretis?Africam Italiæ Carthaginem urbi Romæ imperare uelletis?quã obnoxam patriæ? Coriolanum quõdam dãnatio iniuſta:miſeꝝ & ĩdignum exilium:ut iret ad oppugnãdam patriam:ĩpulit:reuocauit tamẽ a publico parricidio priuata pietas:uos: q dolor:quæ ira ĩcitauit?ſtipẽdium ne diebus paucis ĩperatore ægro ſerius numeratum ſatis digna cauſa fuit:cur patriæ ĩdiceretis bellũ?cur ad illergetes deſciſceretis a Po. Ro.?Cur nihil diuinaꝝ humanarũue reꝝ ĩuiolatum uobis eſſet?inſaniſtis ꝑfecto milites:nec maior in corpus meum uis morbi:quã ĩ ueſtras mẽtes ĩuaſit.Horret aĩus referre:qd crediderit hoĩes:qd ſperauerint:qd optauerint:auferat oĩa irrita obliuio:ſi põt:ſi nõ:utcũꝗ ſilẽtium tegat.Non negauerim triſtem:atrocemꝗ uobis uiſam orationem meam.Quãto creditis facta ueſtra atrociora eſſe:quam dicta mea?& me quod feciſtis:pati equum cẽſetis uos ne dici qdem oĩa æquo aĩo feretis?ſed ne ea qdẽ ipſa ultra exprobrabunt.Vtinam tam facile uos obliuiſcamini eoꝝ:quã ego obliuiſcar.Itaꝗ quod ad uos uniuerſos attinet:ſi erroris pœnitet:ſatis ſuperꝗ pœnaꝝ habeo.Albius Calenus:& Actius Vmbrius:& cæteri nefariæ ſeditionis auctores ſanguine luent:quod admiſerũt:uobis ſupplicii eoꝝ ſpectaculũ:non modo nõ acerbum:ſed lætum ẽt ſi ſana mens rediit:debet eſſe.De nullis.n.quã de uobis infeſtius aut

**De ſeditiõis auctoribꝰ ſumit ſupplicium**

inimicius cõſuluerũt.Vix finem dicẽdi fecerat:cum ex p̃parato ſimul oĩum terror oculis auribuſꝗ eſt effuſus.Exercitus q corona concionem circũdederat:gladiis ad ſcuta cõcrepuit.Præconis audita uox citantis noĩa damnatoꝝ in concilio.Nudi in medium ꝓtrahebãt:& ſimul oĩs apparatus ſupplicii expromebat.Deligati ad palum:uirgiſꝗ:cæſi:& ſecuri ꝑcuſſi:adeo torpẽtibus metu:qui aderãt:ut nõ modo ferocior uox aduerſus atrocitatem pœnæ:ſed ne gemitus qdẽ exaudiret.Tracti ĩde de medio oẽs: purgatoꝗ loco citati milites nominatim apud tribunos militũ ĩ uerba.P.Scipiõis iurauerũt: ſtipẽdiumꝗ ad nomẽ ſingulis ꝑſolutũ ẽ.Hunc finẽ exitũꝗ ſeditio militũ cœpta apud ſucronẽ habuit.Per idẽ tẽpus ad Betim fluuium Hanno p̃fectus a Magone miſſus a Gadibus cũ parua manu afroꝝ mercede hiſpanos ſollicitãdo ad q̃ttuor millia iuuenũ armauit. Caſtris deĩde exutus ab.L.Martio maxĩa ꝑte militũ ĩter tumultũ captoꝝ caſtroꝝ:qbuſdã & ĩ fuga amiſſis:palatos ꝑſequẽte eqte:cũ paucis ipſe effugit. Dũ

hæc ad Betim fluuium gerunt̃. Lællius iterim freto ĩ Oceanũ euectus ad Carteiá claſſe acceſſit. Vrbs ea
in ora Oceani ſita eſt: ubi primũ e faucibus anguſtis pandit̃ mare Gadis ſine certamine ꝑ deditioné re
cipiendi ultro: q eam ré pollicerent̃: in caſtra romana uenientibus ſpes ſicut ante dictũ eſt: fuerat Sed pa
tefacta ĩmatura proditio eſt. Cõphenſoſq; oẽs Mago Adherbali ꝑtori Carthaginé deuehẽdos tradit
Adherbal coniuratis in qnqueremé impoſitis: ꝑmiſſaq; ea: qa tardior quá triremis erat: ipſe cũ octo tri
remibus modico ĩteruallo ſeqtur: iam fretũ ĩtrabat qnqueremis: cũ Lællius & ĩ ipſe qnqueremi ex por
tu Carteiæ ſeqntibus ſepté triremibus euectus in Adherbalé: ac triremes inuehitur: quinqueremé ſatis
credens dephenſam rapido in freto in aduerſum æſtũ reciprocari nõ poſſe. Pœnus ĩ re ſubita parump
incertus trepidauit: utrũ quinqueremé ſequeret̃: an in hoſtis roſtra cõuerteret: ipſa cõctatio facultatem
detrectandæ pugnæ ademit. Iam. n. ſub icto tæli erant: & undiq; ĩſtabant hoſtes. Aeſtus quoq; arbitriũ
moderandi naues ademerat: neq; erat nauali pugnæ ſimilis: quippe ubi nihil uoluntarium: nihil artis:
aut conſilii eſſet: una natura freti æſtuſq; totius certaminis potens ſuis alieniſq; nauibus: nequicq remi
gio in contrariũ tendentes inuehebat: ut fugienté nauem uideres retro uertice intortá uictricibus illa-
tam: & ſequẽté ſi in contrarium tractum ĩcidiſſet maris fugientis mõ ſeſe auertẽtem. Iam ĩ ipſa pugna
nec cum ĩfeſto roſtro peteret hoſtiũ naué: obliqua ipſam ictũ alterius roſtri accipiebat. Illa cũ trãſuerſa
obiiceret̃ hoſti: repente ĩtorta ĩ ꝓram circunagebatur. Cum ĩter triremes fortuna regẽte anceps ꝑlium
miſceret̃ qnqueremis romana ſeu pondere tenatior: ſeu pluribus remoꝝ ordinibus ſcindentibus uer-
tices: cũ facilius regeretur: duas triremes ſuppreſſit: unius ꝑlata impetu lateris alterius remos deterſit:
cæteraſq;: quas adepta eſſet: mulctaſſet: ni cum reliquis quinq; nauibus Adherbal uelis ĩ Africá trãſmi-
ſiſſet. Lællius uictor Carteiá reuectus auditis: quæ acta Gadibus erãt: patefactá proditioné coniuratoſq;
miſſos Carthaginem: ſpé ad irritum redactá: qua ueniſſent: nunciis ad. L. Martiũ miſſis: niſi terere fru-
ſtra tps ſedendo ad Gades uellent: redeundũ ad ĩperatorem eſſe: aſſentiente Martio: paucos poſt dies
ambo Carthaginem rediere. Ad quorum diſceſſum nõ reſpirauit mõ: mago: cum terra mariq; ancipi-
ti metu urgeret̃: ſed ẽt audita rebellione illergetum: ſpé recuperandæ Hiſpaniæ nactus nũcios Cartha
ginem ad ſenatũ mittit: q ſimul ſeditioné ciuilem in caſtris romanis: ſimul defectioné ſocioꝝ in maius
uerbis extollentes hortarent̃: ut auxilia mitterent: qbus traditũ a patribus ĩperium repeti poſſet. Man-
donius & Indibilis in fines regreſſi pauliſꝑ dum quidná de ſeditione ſtatueret̃: ſcirent: ſuſpenſi quieue
runt: ſi ciuiũ errori ignoſceret̃: non diffidentes ſibi quoq; ignoſci poſſe. Poſteaq̃ uulgata ẽ atrocitas ſup-
plicii: ſuá quoq; noxam pœna pari æſtimatam rati: uocatis rurſus ad arma populatibus: cõtractiſq; etiá
quæ ante habuerãt: auxiliis: in ſedetanũ agrum: ubi principio defectionis ſtatiua habuerant: cum. XXV.
millibus peditũ: duobus millibus eqtum & qngẽtis tranſcenderunt. Scipio cum fide ſoluẽdi pariter
oĩbus noxiis innoxiiſq; ſtipẽdii: uultu ac ſermone in oĩbus placato: facile: reconciliatis militum animis
priuſquá caſtra a Carhagine moueret: concione aduocata: multis uerbis ĩ perfidiá rebellantiũ reguloꝝ
ĩuectus: nequaq̃ eodé aĩo ſe ire profeſſus eſt ad uĩdicandum id ſcelus: quo ciuilem errorem nuper ſana
uerit. Tum ſe haud ſecus: q̃ uiſcera ſecãtem ſua: cum gemitu: & lachrymis trigĩta hominum capitibus
expiaſſe octo millium ſeu ĩprudẽtiam: ſeu noxam: nũc læto: & erecto aĩo ad cædé Illergetũ ĩre. Non. n.
eos neq; natos ĩ eadé terra: nec ulla ſecum ſocietate iunctos eẽ eam: quæ ſola fuerat fidem atq; amicitiá
ipſos ꝑ ſcelus rupiſſe: ĩ exercitu ſuo ſe præterq̃ quod oẽs: ciues: ſeu ſocios. Latiniq; noĩs uideat: ẽt eo mo
ueri: quod nemo fere ſit miles: q non ex Italia: aut a patruo ſuo. Gn. Scipione: q primus romani noĩs in
eam prouĩciá uenerit: aut a patre cõſule: aut a ſeipſo ſit ex Italia aduectus. Scipionũ nomini auſpiciiſq;
oĩs aſſuetos: quos ſecum in patriá ad meritũ triumphum deducere uelit: quos conſulatũ petẽti uelut ſi
oĩum cõmunis agat̃ honos: affuturos ſperet. Quod ad expeditionem attineat: quæ inſtet ĩmemorem
eſſe rerum ſuaꝝ: geſtaꝝ q bellum id ducat. Magonis hercule ſibi q extra orbé terrarum ĩ circunfuſam
Oceano ĩſulam cum paucis ꝓfugerit nauibus: maiorem curam eſſe quam illergetum: qppe illic & du-
cem carthaginẽſem & quãtumcũq; punicum ꝑſidium eſſe: hic latrones latronũq; duces: quibus ut ad
populandos finitimoꝝ agros: tectaq; urenda: & rapienda pecora aliqua uis ſit: ita in acie ac ſignis colla-
tis nullam eſſe: magis uelocitate ad fugam: quam armis frætos pugnaturos eſſe. Itaq; non quod ullum
inde periculum aut ſemen maioris belli uideat: ideo ſeſe: priuſquá ꝓuincia decedat: opprimendos Iller
getes duxiſſe: ſed primum ne impunita tam ſcelerata defectio eſſet: deĩde nequis ĩ prouincia ſimul uir
tute tanta & felicitate perdomita relictus hoſtis dici poſſit: proinde deis iuuãtibus ſequerentur nõ tam
ad bellum gerendum: neq; enim cum pari hoſte certamé eſſe: quam ad expetẽdas ab hominibus ſcele-
ſtis pœnas. Ab hac oratiõe dimiſſos ad iter ſe comparare in diem poſterum iubet: profectuſq; decimis
caſtris peruenit ad Iberum flumen. Inde ſuperato amne die quarto in cõſpectu hoſtium poſuit caſtra:
campus autem montibus circũſepctus erat. In eam uallem Scipio: cum pecora rapta plæraq; ex ipſorũ
hoſtium agris propelli ad irritandam ferocitatem barbarorum iuſſiſſet: uelites ſubſidio miſit: a qbus
ubi per ꝓcurſatores cõmiſſa pugna eẽt Lællium cũ equitatu impetum ex occulto facere iubet: mons
opportune prominens equitum ĩſidias texit: nec ulla mora pugnæ facta eſt. Hiſpani in conſpecta pro-
cul pecora: uelites in hiſpanos præda occupatos ĩcurrere primo miſſilibus territauere: deĩde miſſis le-
uibus tælis: quæ irritare magis: quá decernere pugnam poterant gladios nudãt: & collato pede res cœ-
pta geri eſt. Anceps pedeſtre certamen erat: niſi equites ſupueniſſent: neq; ex aduerſo tantum illati ob-
uios obtriuere: ſed circũuecti etiam quidam per infima cliui ab tergo ſe: ut plæroſq; ĩtercluderẽt: obie-
cerunt: maiorq; cædes fuit: quam quantam ædere leuia ꝑ excurſiones prælia ſolẽt. Ira magis accẽſa ad-

Carteia q̃ olĩ & tahrteſ-ſus

Atẽ. Pugná Naualem ĩ freto gaditano

Scipiõiſ ad bel-lũ ꝓfe-cturi ad horta-tio

uerſo prælio barbaris eſt:q̃ imminuti animi. Itaq; ne pulſi uiderentur:prima luce poſtero die in aciem
proceſſere:non capiebat omnes copias anguſta(ſicut ante dictum eſt)uallis duæ ferme peditum partes
& oĩs equitatus in aciem deſcẽdit:quod reliquũ peditum erat:obliquo conſtituerũt colle.Scipio pro ſe
Hiſpão ruͫ cæ/des
eſſẽ loci anguſtias ratus:& qđ in arcto pugna romano aptior:q̃ hiſpano militi futura uidebatur:& qđ
in eũ locũ detracta hoſtium acies eſſet:qui non oẽm multitudinẽ eoꝝ caperet:nouo ẽt conſilio adiecit
aĩum:equitem nec poſſe circundare cornibus in tam anguſto ſpatio:& hoſti quem cũ pedite eduxiſſet
inutilẽ fore . Itaq; imperat Lællio ut per colles quãocultiſſimo itinere circũducat eqtes ſegregetq;:quã
tum poſſit:equeſtrẽ a pedeſtri pugna ipſe oĩa ſigna peditũ in hoſtes uertit:quattuor cohortes in fron/
te ſtatuit:quia latius pandere aciem non poterat:moram pugnandi nullã fecit:ut ipſo certamine auerte
ret a conſpectu tranſeũtium per colles equitũ:neq; ante circũductos ſenſere:q̃ tumultum equeſtris pu
gnæ a tergo accepere.Ita duo diuerſa prælia erant:duæ peditũ acies:duo equitatus per longitudinem
cãpi:quia miſceri ex genere utroq; prælium anguſtiæ nõ patiebãtur:pugnabant.Hiſpanoꝝ cum neq;
pedes equiti:neq; eques pediti auxilio eſſet:pedes fiducia equitis temere commiſſus campo cæderetur:
eques circũuentus nec peditem a fronte(iam.n.ſtratæ pedeſtres copiæ erant) nec ab tergo equitem ſu
ſtineret:& ipſi:cũ diu in orbem ſeſe ſtantibus equis defendiſſent:ad unũ oẽs cæſi:ſunt:nec quiſquã pe/
ditum equitũue ſuperfuit:qui in ualle pugnauerunt:tertia pars:quæ in colle ad ſpectaculũ magis tutũ
quam ad partem pugnæ capeſſendã ſteterat:& locum & tẽpus ad fugiẽdum habuit.Inter eos & reguli
ipſi fugerunt:priuſquã tota circũueniretur acies inter tumultum elapſi.Caſtra eodẽ die hiſpanoꝝ præ
ter cæterã prædam cũ tribus ferme millibus hoĩum capiũtur.Romani ſociiq; ad mille.cc.eo prælio ce
ciderũt:uulnerata amplius triamllia hoĩum:minus cruenta uictoria fuiſſet:ſi patentiore campo:& ad
fugam capeſſendam facili foret pugnatum.Indibilis:abiectis belli conſiliis:nihil tutius ĩ afflictis rebus
experta fide & clæmentia Scipionis ratus Mandoniũ fratrem ad eũ mittit:qui aduolutus genibus fata/
lem rabiem temporis eius accuſat:cum uelut cõtagione quadam peſtifera non illergetes mõ & laceta
ni:ſed caſtra quoq; romana inſanierint:ſuam:quidẽ & fratres & reliquoꝝ populariũ eam conditionem
eſſe:ut:aut ſi ita uideatur reddant ſpiritum proconſuli.P.Scipioni ab eodem illo acceptũ:aut ſeruati bis
uni debitam uitã pro eo in perpetũ deuoueant:antea in cauſa ſua fiduciã ſibi fuiſſe nõdum experta clæ
mentia eius nunc contra nullã in cauſa:omnem in miſericordia uictoris ſpem poſitã habere.Mos ue/
tuſtus erat romanis:cum quo nec fœdere nec æquis legibus iungerentur amicicia:non prius imperio
in eum tanquã pacatum uti:q̃ oĩa diuina humanaq;dediſſet:& obſides accepti:arma adempta:præſidia
Atť.ue terẽ ro. morẽ ĩ iungẽ/ da ami/ citia
urbibus impoſita forẽt.Scipio multis inuectus in præſentem Mandoniũ:abſentemq; Indibilẽ uerbis:
illos quidẽ merito periſſe ipſoꝝ maleficio ait:uicturos ſuo atq; populi romani beneficio:cæteꝝ ſe neq;
arma iis ademptuꝝ:quippe ea pignora timẽtium rebellionẽ eſſe ſe libere arma relinquere:ſolutoſque
metu aĩos:neq; ſe in obſides ĩnoxios:ſed in ipſos:ſi defecerint ſæuituꝝ nec ab ĩermi:ſad ab armato ho/
ſte pœnas expetituꝝ:utranq; fortunam expertis permittere ſeſe:utrũ ꝓpicios.an iratos habere roma/
nos mallent.Ita dimiſſus Mandonius:pecunia tantũmodo ĩperata:ex qua ſtipendium militi præſtari
poſſet.Ipſe Martio ĩ ulteriorem Hiſpaniã præmiſſo.Syllano Tarraconẽ remiſſo:paucos moratus dies
dum imperatã pecuniam illergetes pernumerarent:cũ expeditis Martiũ iã appropinquãtẽ Oceano aſ/
ſequitur.Ideo ĩchoata res ante de maſiniſſa aliis atq; aliis de cauſis dilata erat:quod numida cũ ipſo uti/
que congredi Scipione uolebat:atq; eiuſdem dextra fidẽ ſancire:ea tum itineris tam longi ac tã deuii cã
Scipioni fuit.Maſiniſſa cum Gadibus eſſet:certior aduentare eum a Martio factus:cauſando corrumpi
equos in ĩſula ĩcluſos:penuriamq; oĩum rerum & facere cæteris:& ipſos ſentire:ad hæc equitem mar/
ceſcere deſidia perpulit:ut ſe traiicere in continentem ad populandos proximos Hiſpaniæ agros patere
tur.Progreſſus tres principes numidarum præmittit ad tempus locumq; colloquio ſtatuẽdum: duos
ꝓ obſidibus retineri a Scipiõe iubet:&remiſſo tertio:q:quo iuſſus erat:adduceret Maſiniſſam:cũ pau/
cis ĩ colloquium uenerũt.Ceperat iam ante numidã ex fama reꝝ geſtaꝝ admiratio uiri:ſubſtitueratq;
animo ſpeciem quoq;corporis amplam ac magnificam:cæteꝝ maior præſentis ueneratio cepit:& præ
terquam quod ſuapte natura multa maieſtas inerat:adornabat promiſſa cæſaries:habituſq; corporis
non cultus mundiciis:ſed uirilis uere ac militaris:& ætas erat in medio uiriũ robore:quod plenius ni
tiduſque ex morbo uelut renouatus flos iuuentæ faciebat.Prope attonitus ipſo congreſſu numida gra
tias de fratris filio remiſſo agit:ex eo tempore affirmat eam ſe quæſiſſe occaſionẽ:q tandem oblatam
deum ĩmortalium beneficio non omiſerit:cupere ſe illi populoq; romano operã nauare.Ita ut nemo
unus externus magis enixe adiuuerit rem romanã:id ſe etiam:ſi iampridem uellet:minus præſtare in
Hiſpania aliena atq; ignota terra potuiſſe:in qua autem genitus educatuſque in ſpem paterni regni eſ/
ſet facile præſtatuꝝ:ſi quidem eundem Scipionẽ ducem in Africam mittant romani:ſatis ſperare per/
breuis æui Carthaginem eſſe Lætus eum Scipio uidit audiuitq;:cum caput reꝝ in omni hoſtiũ equi/
tatu Maſiniſſam fuiſſe ſciret:& ipſe iuuenis ſpecimen animi præſeferret.Fide data acceptaq; profectus
retro Tarrconem eſt.Maſſiniſſa permiſſu romanoꝝ:ne ſine cauſa traieciſſe in continẽtem uideref:po
pulatus ꝓximos agros Gades rediit.Magoni deſperatis in Hiſpania rebus:in quaꝝ ſpẽ ſeditio primũ
militaris:deinde defectio Indibilis aĩos eius ſuſtulerãt:parãti traiicere in Africã nunciatũ ac Carthagi/
ne ẽ:iubere ſenatũ ut claſſem:q̃ Gadibus haberet ĩ Italiã traiiceret: conductaq; ibi galoꝝ atq; liguꝝ:q̃/
ta maxima Poſſet iuuẽtute:cõiungeret ſe Annibali:neu ſeneſcere bellum maximo impetu maiore for
tuna cœptũ ſineret.Ad eam rẽ & a Carthagine pecunia Magoni aduecta eſt:& ipſe:q̃tũ potuit:a gadita

nis exegit nõ ærario mõ eoꝝ:ſed ét téplis ſpoliatis:& priuatim oíbus coactis:auꝝ argentũꝗ í publicũ
conferre.Cũ præteruehereť Hiſpaniæ orá:haud procul Carthagine noua:expoſitis in terrá militibus
ꝓximos depopulatus agros:íde ad urbé claſſem appulit:ibi cũ interdiu milites in nauibus tenuiſſet:no
ĉte in littus expoſitos ad parté eam muri:qua capta Carthago a romanis fuerat:ducit nec præſidio ſatis
ualido urbé teneri ratus:& aliquos oppidanoꝝ ad ſpme nouádi res aliquid moturos.Cæteꝝ nuncii ex
agris trepidi ſimul populationé agreſtiũꝗ fugam:& hoſtiũ aduétũ attulerát:& uiſa íterdiu claſſis erat
nec ſine cá erectá ante urbé ſtationé apparebat.Itaꝗ íſtructi armatiꝗ ítra portá ad ſtagnũ ac mare uer/
ſam continebanť:ubi effuſi hoſtes mixta inter milites nauali turma ad muros tumultu maiore:q̃ ui ſu
bierunt:patefacta repente:porta romani cũ clamore erũpunt:turbatoſꝗ hoſtes & ad primũ incurſum
coniectũꝗ tæloꝝ auerſos uſꝗ ad littus cũ multa cæde perſequũť:nec niſi naues littori appulſæ trepi/
dos accepiſſent:ſuperfuiſſent fugæ ac pugnæ quiſquá.In ipſis quoꝗ trepidatũ nauibus eſt:dum ne ho/
ſtes cũ ſuis ſimul irrumperét:trehũt ſcalas oraſꝗ:& anchoras:ne in moliendo mora:eét:præcidũt:mul
tiꝗ adnatantes nauibus incerto præ tenebris quid aut peterét:aut uitarét:fœde interierũt.Poſtero die
cũ claſſis inde retro ad Oceanũ unde uenerat:fugiſſet:ad octingentos hoíes cæſi inter muꝝ littuſꝗ ad
duomillia armatoꝝ íuenta.Mago cũ Gades repetiſſet:excluſus inde ad Cimbim (haud procul a Gadi
bus is locus abeſt) claſſe appulſa mittendis legatis:querédoꝗ quod portæ ſibi ſocio atꝗ amico clauſæ
forent:purgantibus iis multitudinis concurſu facto infeſte ob direpta quædá abſcõdentibus naues mi
litibus ad colloquiũ Sufeces eoꝝ:q ſummus pœnis eſt magiſtratus:cũ quæſtore elicuit laceratoſꝗ uer
beribus cruci affigi iuſſit:de nauibus ad pityuſam íſulam centũ millia ferme a cõtinenti (pœni tũ eam
ícolebát) traiecit.Itaꝗ claſſis bona cum pace accepta eſt:nec cõmeatus mõ benigne præbiti:ſed í ſupple
métũ claſſis:iuuẽtus:armaꝗ data:quoꝝ fiducia pœnus in Baleares inſulas:quíquaginta millia abſunt
tranſmiſit.Duæ ſunt Baleares íſulæ:altera maior atꝗ opulentior armis uiriſꝗ:& portum habet:ubi
commode hybernatorum ſe (& iam extremum autumni erat) credebat cæterum haud ſecus:quam ſi
romani eam inſulam incolorent:hoſtiliter claſſi occurſum eſt.Fundis ut nunc plurimum:ita tunc ſolo
eo telo utebantur:nec quiſquam alterius gentis unus tantũ ea arte:quantum íter omnes alios baleares
excellunt:itaꝗ tanta uis lapidum:creberrimæ grandinis mõ in propinquanté iam claſſem terræ effuſa
eſt:ut ítrare portũ nõ auſi auerterent í altum naues.In minoré inde Baleariũ íſulá traiecerunt fertilem
agro:uiris armis haud æque ualiduam.Itaꝗ egreſſi nauibus ſupra portũ loco munito caſtra locant:ac
ſine certamine urbe agroꝗ potiti duobus millibus auxiliariũ inde conſcriptis miſſiſꝗ Carthaginé ad
hybernandũ naues:ſubduxerunt:poſt Magonis ab Oceani ora diſceſſum gaditani romáis deduntur.

Hæc in Hiſpania.P.Scipionis ductu auſpicioꝗ geſta:ipſe.L.Lentulo:&.L. Manlio Accidino ꝓuícia
tradita:cum decem nauibus Romá rediit:& ſenatu extra urbem dato í æde Bellonæ:quas res í Hiſpa
nia geſſiſſet:deſſeruit:quotiés ſignis collatis dimicaſſet:quot oppida ex hoſtibus ui cepiſſet:quas gétes
í ditionem populi romái redegiſſet aduerſus quattuor ſe íperatores:q̃ttuor uictores exercitus í Hiſpa/
niam iuiſſe:neminem carthaginéſem in iis terris reliquiſſe.Ob has res geſtas magis eſt téptata trium/
phi ſpes:quam petita ꝑtinaciter:qa neminem ad eam dié triumphaſſe.q ſine magiſtratu res geſſiſſet:
conſtabat.Senatu miſſo urbé eſt ígreſſus:argétiꝗ præ ſe tulit in ærarium quattordecim millia pondo
ccc.xl.duo & ſignati magnum numerum.Comitia íde creádis cõſulibus habuit.L.Veturius Philo:cen
turiæꝗ oés ígenti fauore.P.Scipionem conſulem dixerunt:Collega additur ei.P.Licinius Craſſus pon
tifex Max.cæterum comitia maiore:quam ulla ꝑ id bellum celebrata frequétia ꝓditum memoriæ eſt:
conuenerát undiꝗ nõ ſuffragádi modo:ſed ét ſpectandi cauſa.P.Scipionis: concurrebatꝗ & domum
frequétes:& in capitolium ad ímolanté eum cũ cétum bobus uotis in Hiſpania Ioui ſacrificaret: ſpon/
debátꝗ aís:ſicut.C.Luctatius ſupius bellum finiſſet pũicũ:ita id:qđ íſtaret.P.Corneliũ finituꝝ:atꝗ ut
Hiſpania omni pœnos expuliſſet.Sic Italia pulſuꝝ eẽ:Africamꝗ ei ꝑinde ac ſi debellatum í Italia foret
ꝓuinciam deſtinabant:p̃toria íde comitia habita:creati duo:qui tum ædiles plebis erát.Sp. Lucretius:
&.Gn. Octauius: & ex priuatis.Gn.Seruilius Cepio:&.L. Aemylius Pappus. Quartodecimo anno
punici belli.P.Cornelius Scipio:&.P.Licinius Craſſus ut conſulatum inierunt:nominatæ conſulibus
ꝓuinciæ ſunt:Sicilia Scipioni extra ſorté concedéte collega:qa ſacrorum cura pontificé maximum in
Italia retinebat:brutii Craſſo.Tum prætoriæ ꝓuinciæ in ſorté coniectæ:urbana.Gn. Seruilio obtigit:
Ariminum ita Galliam appellabant.Sp.Lucretio:Sicilia.L.Aemylio.Gn.Octauio Sardinia:ſenatus in
capitolio habitus.Ibi referéte.P.Scipione ſenatuſconſultum factum eſt:ut quos ludos íter ſeditionem
militaré í Hiſpania uouiſſet:ex ea pecunia:quá ipſe in ærarium detuliſſet:faceret.Tum ſaguntinoꝝ le/
gatos in ſenatũ ítroduxit:ex eis maximus natu.Etſi nihil ultra maloꝝ é.P.C.quá qđ paſſi ſumus:ut ad
ultimũ fidé uobis p̃ſtaremus:tamé ea ueſtra merita impatorũꝗ ueſtroꝝ erga nos fuerũt:ut nos cladiũ
noſtraꝝ nõ pœniteat:bellũ pp nos ſuſcepiſtis:ſuſceptũꝗ quartũdecimũ annũ tam ꝑtinaciter geritis:ut
ſæpe ad ultimũ diſcrimé & ipſi ueneritis:& populũ carthaginéſem adduxeritis.Cũ in Italia tam atrox
bellũ:& Annibalé hoſté haberetis:conſules cũ exercitu í Hiſpaniá uelut ad colligédas reliqas naufragii
noſtri miſiſtis.P.&.Gn.Cornelii:ex quo in ꝓuinciam uenerũt:nullo tꝑe deſtiterunt:quæ nobis ſecun
da:quæꝗ aduerſa hoſtibus noſtris:eént:facere:iam oíum primũ oppidum nobis reſtituerũt:per om/
nem Hiſpaniam ciues noſtros uænũdatos:dimiſſos:q cõquirerét:ex ſeruitute í libertatem reſtituerũt
cum iam prope eét:ut optabilé eam ex miſerrima fortunam haberemus.P.&.Gn.Cornelii íperatores
ueſtri luctuoſius nobis ꝓpe:q̃ uobis perierunt:tũ uero ad hoc retracti ex diſtátibus locis in ſedem anti

Hoſtiũ cædes circa cartha/giné

Balea/res

Gaditái Roma/nis de/dũť

Scipio ro/má re/greſſus

Scipio &.P.Li cinius

quã uidebamur:ut iteꝝ piremus:& alteꝝ excidium patriæ uideremus:nec ad perniciẽ noſtram cartha
ginenſi utiq; aut duce:aut exercitu opus eſſe:ab turdetanis ueterrimis hoſtibus:qui prioris quoq; exci-
dii cã nobis fuerant extingui poſſe:cũ ex inſperato repẽte miſiſtis nobis hunc.P.Scipionẽ:quẽ fortuna-
Sagũti- tiſſimi oĩum ſaguntinoꝝ uidemur:qa conſulẽ delcaratũ uidemus:ac uidiſſe nos:ciuibus noſtris renũ-
norum ciaturi ſumus ſpem: opẽ:ſalutemq; noſtrã:qui cũ plurimas hoſtiũ ueſtroꝝ cepiſſet urbes: ubiq; ex ca-
oĩo ad ptoꝝ numero exceptos ſaguntinos in patriã remiſit.Poſtermo Turdetaniã adeo infeſtã nobis ut illa gẽ
ſenatũ te incolumi ſtare Saguntum non poſſet::ita bello afflixit:ut non mõ nobis( abſit uerbo inuidia) ne po-
ſteris quidẽ timẽda noſtris eſſet:deletã urbẽ cernimus eoꝝ:quoꝝ in gratiã Saguntum deleuerat Anni
bal:uectigal ex agro eoꝝ capimus:qđ nobis non fructu iucũdius eſt:q̃ ultione ob hæc:quibus maiora
nec ſpare:nec optare ab diis ĩmortalibus poteramus gr̃as actum.x.legatos nos ſagũtinus ſenatus popu
luſq; ad uos miſit:ſimul gratulatũ qđ ita res ꝑ hos ãnos in Hiſpania:atq; ĩ Italia geſiſtis:ut Hiſpaniã nõ
Ibero amne tenus ſed qua terraꝝ ultimas finit Oceanus domitã armis habeatis.Italiæ niſi q̃tenus ual-
lũ caſtroꝝ cĩgit:nihil reliq̃retis pœno.Ioui Optimo Maxĩo p̃ſidi capitolinæ arcis nõ grates tãtũ ob hoc
agere iuſſi ſumus:ſed donũ hoc ẽt ſi uos ꝑmitteretis:coronã auream in capitoliũ uictoriæ ergo ferre id
uti permittatis:quæſumus: utiq;:ſi uobis ita uideretur:quæ nobis imperatores ueſtri commoda tri-
buerunt:ea rata atq; perpetua auctoritate ueſtra faciatis:ſenatus legatis ſagunntinis reſpondit & diru-
tum ac reſtitutũ ſaguntum fidei ſocialis utrinq; ſeruatæ documẽtum oĩbus gentibus fore ſuos impera
tores recte:& ordine ex uoluntate ſenatus feciſſe quod Saguntum reſtituerint:ciueſq; ſaguntĩos ſerui-
tio exemerĩt:quæq; alia eis benigne fecerint:ea ſenatũ ita uoluiſſe fieri:domũ permittere ut in capito-
lio ponerent:locus inde lautiaq; legatis præberi iuſſa & muneris ergo in ſingulos dari ne minus dena-
millia æris.Legationes deinde cæteræ in ſenatum roma. introductæ auditæq;:& petentibus ſagunti-
nis:ut quatenus tuto poſſent.Italiam ſpectatũ irent:duces dati:litteræq; per oppida miſſæ ut hiſpanos
comiter acciperent:tũ de rep.de exercitibus ſcribendis:de ꝓuinciis relatũ:cum Africã nouam ꝓuinciã
extra ſortem.P.Scipioni deſtinari hoĩes fama ferrent:& ipſe nulla iam modica gloria cõtentus non ad
gerẽdum mõ bellum:ſed ad finiẽdũ diceret ſe cõſulem declaratũ eſſe:neq; aliter id fieri poſſe:q̃ ſi ipſe ĩ
Africam exercitum trãſportaret:& actuꝝ ſe id per populũ aperte foret: ſi ſenatus aduerſaret:idq; cõſi-
lium haud quaquã primoribus patrũ cõſcriptorum pleceret cæteriq; ꝑ metũ aut ambitionẽ muſſarẽt
Fabii Qu.FabiusMaximus rogatus ſentẽtiam.Scio:ĩquit:multis ueſtrum uideri.P.C.rem actam hodierno
maxi. die agi:& fruſtra habiturum oratiõem:qui tãq̃ de ĩtegra re de Africa prouĩcia ſn̄iam dixerit.Ego autẽ
oĩo primum illud ignoro:quemadmodũ certa iam ꝓuĩcia Africa cõſulis uiri fortis ac ſtrenui ſit:quã nec ſe
natus cẽſuit ĩ hũc ãnum:prouĩciam eẽ: nec poculus iuſſit deĩde:ſi ẽ:cõſulem peccare arbitror:qui de re
tranſacta ſimulãdo re referre ſenatũ ludibrio habet:non ſenatorẽ:qui:de quo cõſulitur ſuo:loco dicit
ſentẽtiam: atq; ego certum habeo diſſentiẽti mihi ab iſta feſtinatiõe ĩ africã traiiciẽdi duarum rerum
ſubeũdam opiniõem eſſe:unius ĩſitæ ĩgenio meo cõctatiõis:quam metum pigritiamq; hoĩes adoleſcẽ
tes ſane appellẽt:dum me nõ pœniteat adhuc aliorum ſpecioſiora primo aſpectu conſilia ſemper uiſa:
mea uſu meliora alterius:obtrectationis atq; inuidiæ aduerſus creſcẽtem ĩ dies gloriam fortiſſimi cõ-
ſulis:a qua ſuſpicione:ſi me neq; uita acta & mores mei:neq; dictatura cum quĩq; cõſulatibus:tãtumq;
gloriæ belli domiq; partum uẽdicat:ut propius faſtidium eius ſim:q̃ deſiderium ætas ſaltem liberet.
Quæ enim mihi æmulatio cum eo eſſe poteſt:qui ne filio quidem meo æqualis ſit? me dictatorem cũ
uigerem adhuc uiribus & incurſu maximarum rerum eſſem: recuſantem nemo aut audiuit in ſena-
tu aut apud populum:quo minus ĩſectante me magiſtro equitum:quod fando nunquã ante auditum
erat:ĩperium æquaretur meum:rebus quam uerbis aſſequi malui:ut q aliquorũ iudicio mihi compa
ratus erat:ſua mox cõfeſſione me ſibi præferret:ne dum ego ꝑfunctus honoribus certamĩa mihi atq;
æmulationem cum adoleſcente florentiſſimo proponam:uidelicet ut mihi iam uiuendo nõ ſolum re
bus gerendis feſſo:ſi huic negata fuerit Africa prouincia decernatur:cum ea gloria:quæ parta eſt:uiuen
dum atq; moriendum eſt.Vincere ergo prohibui Annibalem:ut a nobis:quoꝝ uigent nunc uires:etiã
uinci poſſet.Illud te mihi ignoſcere.P.Corneli æquum erit:ſi cum in me ipſo nunquã pluris famã ho-
minum: quã remp. fecerim: ne tuam q̃dem gloriam bono publico præponam quãquã ſi aut bellum
nullum in Italia:aut is hoſtis eẽt:ex quo uicto nihil gloriæ q̃reretur:qui te in Italia retineret:& ſi id bo
no publico facere ſimul cum bello materiã gloriæ tuæ ire ereptum uideri poſſet. Cum uero Annibal
hoſtis incolumi exercitu quartumdecimum annum Italiam obſideat: pœnitebit te.P. Corneli gloriæ
tuæ:niſi hoſtẽ eũ q tot funeꝝ tot cladiũ nobis cauſa fuit:tu conſul Italia expuleris:& ſicut penes.C.Lu-
ctatium prioris perpetrati belli titulus fuit:ita penes te huius fuerit:niſi aut Amilcar Annibali dux eſt
præferendus:aut illud bellum huic:aut uictoria illa maior clariorq; quam hæc:modo contingat: ut te
Polybi- conſule uincamus:futura eſt:ab drepanis atq; Eryce detraxiſſe Amilcarẽ quam Italia expuliſſe pœnos
us Ply. atq; Annibalem malis:ne tu quidem & ſi magis partam:quam ſperatam gloriam amplecteris:Hiſpa-
& Pto- nia potius quam italia bello liberata gloriatus fueris:nondum is eſt Annibal:quem nõ magis timuiſſe
le. Dre- uideatur quam contempſiſſe:qui aliud bellum maluerit.Quin igitur ad hoc accingeris:nec ꝑ iſtos cir
panum cuitus ut cum in Africam traieceris:ſecuturum te illuc Annibalem ſperes: potius quã recto hinc itinre
uocant Annibal eſt:eo bellum intendis egregiam iſtam palmã belli punici peracti petis? hoc & natura prius
eſt:tua cum defenderis aliena ire oppugnatum:pax ante in italia quã bellum ĩ Africa ſit: & nobis prius
decedat timor:quam ultro aliis inferatur:ſi utrunq; tuo ductu auſpicioq; fieri poteſt.Annibale hic ui-

ƈto illic carthaginem expugna:ſi alterutra uictoria nobis conſulibus relinquenda eſt:prior cum maior
clariorq; tum cauſa etiam inſequentis fuerit.Nam nunc quidem præterq̃ quod:& in Italia:& in Afri/
ca duos diuerſos exercitus alere ærarium non poteſt præterq̃ quod unde claſſes tueamur unde com/
meatibus ſufficiamus præbendis nihil reliqui eſt:quid periculi tandē:quantum adeatur:quem fallit?
P.Licinius in Italia.P.Scipio bellum in Africa geret.Quid:ſi quod omnes dii omen auertant & dicere
reformidat animus:ſed quæ acciderunt:accidere poſſunt:& uictor Annibal ire ad urbem pergat:tum
demum te conſulem ex Africa:ſicut.Qu.Fuluium a capua accerſemus?Quid quod in Africa quoque
mars cōmunis belli erit domus tibi tua pater patruuſq; intra.xxx.dies cum exercitibus cæſi documē/
to ſint:ubi per aliquot annos maximis rebus terra mariq; gerendis ampliſſimum nomen apud exteras
gentes populo ro.ueſtræq; familiæ fecerant:dies me deficiet:ſi reges imperatoreſq; temere in hoſtium
terras tranſgreſſos cum maximis cladibus ſuis exercituumq; ſuoꝝ enumerare uelim.Atheniēſis pru/
dentiſſima ciuitas:bello domi relicto auctore æque impigro atq; nobili iuuene magna claſſe in Sicili/
am tranſmiſſo:una nauali pugna florentem rempu.ſuam imperpetuū afflixerunt:& externa & nimis
antiqua repeto.Africa eadem iſta:&.M. Attilius inſigne utriuſq; fortunæ exemplum nobis documen
to ſint.Næ tibi.P.Cornelii cum ex alto Africam conſpexeris:ludus:& iocus fuiſſe Hiſpaniæ tuæ uide/
buntur.Quid enim ſimile?pacato mari præter oram Italiæ Galliæq; uectus emporiis ī urbem ſocioꝝ
claſſem appuliſti: & expoſitos milites per tutiſſima oīa ad ſocios:& amicos populo ro.Tarraconem du
xiſti:a Tarracone deinde inter præſidia romana circa Iberꝝ exercitus patris patruiq; tui poſt amiſſos im
peratores ferociores calamitate ipſa facti dux tumultuarius quidem ille.L.Martius & militari ſuffra/
gio ad tempus lectus:cæterꝝ ſi nobilitas ac iuſti honores adornarent claris imperatoribus qualibet ar/
te belli par:oppugnata per ſummū otium Carthago nullo trium punicoꝝ exercituum ſocios defendē
te:cætera neq; ea eleuo:nullo tamen modo africo bello comparanda : ubi non portus ullus claſſi no/
ſtræ apertus non ager pacatus:non ciuitas ſocia:non rex amicus:non conſiſtendi uſquam locus . non
procedendi:quacūq; circūſpexeris hoſtilia oīa atq; infeſta. An Syphaci numidiſq; credis?ſatis ſit ſemel
creditum nō ſemper temeritas eſt fœlix & fraus:fidem in paruis ſibi præſtruit:ut cum operæpretium
ſit:cum mercede magna fallat.Nō hoſtes patrem patruumq; tuū armis priuſq̃ celtiberi ſocii fraude cir
cūuenerunt:nec tibi ipſi a Magone:& Aſdrubale hoſtium ducibus : quantū ab Indibili & Mandonio ī
fidem acceptis periculi fuit.Numidis tu credere potes peſectionem militum tuoꝝ expertus:& Syphax
& Maſiniſſa:ſe quam carthaginenſes malunt potentes in Africa eſſē.carthaginenſes quam quem aliū:
nunc illos æmulatio inter ſeſe:& oēs cauſæ certaminum acuunt quod procul externus metus eſt:oſtē/
de romana arma:exercitum alienigenam iam uelut ad cōe reſtiguendum incendium concurrent.Ali/
ter iidem illi carthaginenſes Hiſpaniam defenderunt:aliter mœnia patriæ:templa deum aras:& focos
defendent cum eūtes in prælium pauida proſequetur coniunx:& parui liberi occurſabunt.Quid por
ro ſi ſatis cōfiſi carthaginenſes conſenſu.Africæ fide ſocioꝝ:regum:mœnibus ſuis cum tuo exercituſ/
que tui præſidio nudatam Italiam uiderit:ultro ipſi nouum exercitum ī Italiam aut ex africa miſerit
aut Magonem:quem a Balearibus claſſē tranſmiſſa iam præter oram ligurum alpinorum uectari cō/ Obliq̃
ſtat: Annibali ſe coniungere iuſſerint? Nempe in eodem terrore erimus: in quo nuper fuimus: cum ōrone
Aſdrubal in Italiam tranſcendit:quem tu qui non ſolum Carthaginem:ſed omnem Africam exercitu Scipio/
tuo es clauſurus:e manibus tuis in Italiam emiſiſti. Victum a te dices:eo quidem minus uellē:& id tua nē car
non ſolum reipu.cauſa iter datum uicto in Italiam eſſē.Patere nos omnia:quæ proſpera tibi: & Popu. pit
Roma.imperio euenere:tuo cōſilio aſſignare:aduerſa caſibus īcertis belli & fortunæ relegare:quo me
lior fortiorq; es:eo magis talem præſidem ſibi patria atque uniuerſa Italia retinet. Non potes ne ipſe
quidem diſſimulare ubi Annibal ſit:ibi caput:atq; arcem huius belli eē. Quippe qui præ te feras eam
tibi cauſam eſſe traiiciendi in Africam ut Annibalem eo trahas.Siue igitur hic:ſiue illic cum Annibale
eſt tibi futura res.Vtrum ergo tandē firmior eris in Africa ſolus:an hic tuo:collegæq; tui exercitu con
iuncto?Ne Claudius quidem:& Liuius conſules tam recenti exemplo:quantum id interſit: documen
to ſunt?Quid Annibalem:utrum tandem extremus angulus brutii agri fruſtra iamdiu poſcētem ab
domo auxilia:an propinqua Carthago:& tota ſocia africa potentiorē armis uiriſq; faciet?Quod iſtud
conſilum eſt:ibi malle decernere:ubi tuæ dimidio minores copiæ ſint: hoſtium multo maiores: quā
ubi duobus exercitibus aduerſus unū tot præliis & tam diuturna & graui militia feſſum pugnandum
ſic?Quam compar conſilium tuum parentis tui conſilio ſit:reputa.Ille conſul profectus in Hiſpaniā: Rixa ē
ut Annibali ab alpibus deſcendenti occurreret:in Italiam de prouincia rediit:tu cum Annibal in Italia Fabius
ſit:relinquere Italiam paras:non quia reipublicæ id utile:ſed quia tibi id amplum & glorioſum cēnſes núc nō
eſſe:ſicut cum prouincia & exercitu relicto ſine lege:ſine.S.C.Duabus nauibus Popu. Roma. īperator orat
fortunam publicam & maieſtatem imperii:quæ tum in tuo capite periclitabāt:cōmiſiſti.Ego.P.Cor/
nelium.P.C.reipu.nobiſq;:non ſibi ipſi priuatim creatum conſulem exiſtimo. Exercitus ad cuſtodiā
cuſtodiam urbis atq; italiæ ſcriptos eſſe:non quos regio more per ſuperbiā conſules: quo terrarū ue/
lint:traiiciant.Cum oratione ad tēpus parata Fabius:tū auctoritate & inueterata prudentiæ fama ma/
gnam partē ſenatus & ſeniores maxime mouiſſet:pluresq; conſilium ſenis: quam animū adoleſcentia
ferocem laudarent:Scipio ita locutus fertur:& ipſe.Qu.Fabius principio orationis.P.C.commemo/
rauit in ſententia ſua poſſe obtrectationem ſuſpectam eſſe:cuius ego rei non tam ipſe auſim tantum Perorat
uirum īſimulare:quam ea ſuſpicio uicio orationis an rei haud ſatis purgata eſt.Sic enim honores ſuos Fabius

& fama rerum geſtarum extulit uerbis ad extinguendum īuidiæ crimē:tanquā mihi ab infimo quoqꝫ
periculum ſit:ne mecū æmulet̃:& non ab eo qui qa ſuper cæteros excellat:quo me quoqꝫ niti nō diſſi
mulo:me ſibi æquari nolit:ſic ſenem ſe perfunctum: & me īfra ætatē filii ſui poſuit:tanquā nō lōgius:
quam quātum uitæ humanæ ſpatium eſt:cupiditas gloriæ extendatur:maximaqꝫ pars eius in memo
Scipio/nis oro riam ac poſteritatem promineat.Maximo cuiqꝫ id accidere aio certum habeo: ut ſe non cum præſen/
tibus modo:ſed cū oīs æui claris uiris comparet:eqdē haud diſſimulo me tuas.Qu.Fabi laudes non
aſſequi ſolum uelle:ſed bona uenia tua dixerim:ſi poſſim ēt exuperare:illud nec tibi in me:nec mihi in
minoribus natu animi ſit:ut nolimus quēq̄ noſtri ſimilem euadere ciuem:id enim nō eoꝝ modo:qui
bus īuidemus:ſed reipu.& pœne oīs generis humani detrimentum ſit.Cōmemorauit quātum eſſem
periculum aditurus:ſi in Africam traiicere uelim:ut meam quoqꝫ nō ſolū & reipu.& exercitus uicem
uideretur ualde ſollicitus.Vnde hæc repēte de me cura exorta:cum pater patruuſqꝫ meus īterfecti cum
duo exercitus eoꝝ prope occidione occiſi ſunt:cū amiſſæ Hiſpaniæ:cum quattuor exercitus pœnorū:
quattuorqꝫ duces:oīa metu armiſqꝫ tenerēt:cum quæſitus ad id bellum īperator nemo ſe oſtenderet
præter me:nemo profiteri nomē auſus eſſet:cum mihi quattuor & uiginti annos nato detuliſſet im/
perium Po.Ro.quid ita?Tunc nemo ætatem meā:uim hoſtium:difficultatem belli:patris patruiqꝫ re/
Att̃.q̄ oīa qua drent Scipiōi centē cladem cōmemorauit.Vtrum maior aliqua in Africa:nūc calamitas accepta eſt:quā tunc ī Hiſpa
nia erat?an maiores nūc ſunt exercitus in Africa & duces plures meliores ꝗ quā tunc in Hiſpania fue/
rit?an ætas mea tunc maturior bello gerendo fuit quā nunc eſt?an cum Carthaginēſi hoſte in Hiſpa/
nia:quā ī Africa bellum geri aptius eſt.Facile eſt poſt fuſos fugatoſqꝫ quattuor exercitus punicos poſt
tot urbes ui captas:aut metu ſubactas in deditionē poſt per domita oīa uſqꝫ ad Oceanum:tot regulos:
tot ſæuas gentes:poſt receptā totā Hiſpaniam:ita ut ueſtigiū belli nullum reliquū ſit eleuare meas res
geſtas tam hercule quā ſi uictor ex Africa redierim ea ipſa eleuare:quæ nūc retinendi mei cauſa:ut ter/
ribilia eadem uideantur:uerbis extolluntur.Negat aditum eſſe in Africa:negat ullos patere portus.M.
Attilium captum in Africa commemorat tanquam.M.Attilius primo acceſſu ad Africam offenderit
neqꝫ recordatur illi ipſi tam īfelici imperatori patuiſſe tamē portus Africæ:& res geſtas ab eo egregias
primo anno:& quantum ad carthaginenſes duces attinet:inuictum ad ultimū permanſiſſe.Nihil igit̃
me iſto exemplo terrueris:ſi hoc bello non priore:ſi nuper & non annis ante.xl.iſta clades accepta foret
qui ego minus in Africā Regulo capto quā Scipionibus occiſis ī Hiſpaniā traiicerem?Nec felicius Xan
tippum lacedæmoniū Carthagini:quā me patriæ meæ ſinerem natum eſſe:creſceretqꝫ mihi ex eo ipſo
fiducia:qđ poſſit ī hominis unius uirtute tantū momēti eē.At ēt athenienſes audiendi ſunt:temere in
Siciliam:omiſſo domi bello:tranſgreſſi.Cur ergo:quoniam græcas fabulas enarrare uacat: non Aga/
thoclem potius ſyracuſanū regem cū diu Sicilia punico bello ureretur:trāſgreſſum in hāc eādem Afri/
cam:auertiſſe eo bellū:unde uenerat:refres?ſed qđ ultro metū inferre hoſti:& ab ſe remoto piculo ali/
um in diſcrimen adducere:quale ſit ueteribus externiſqꝫ exemplis admonere opus eſt?maius præſen/
tiuſue ullū exemplū eſſe:quā Annibal poteſt multūītereſt alienos populari fines an uri tuos excindiqꝫ
uideas plus animi eſt inferenti periculū:quā propulſanti:ad hoc maior ignotaꝝ reꝝ ē terror bona ma
laqꝫ hoſtium ex ꝓpinquo ingreſſus fines aſpicias Nō ſperauerat Annibal fore:ut tot in Italia populi ad
ſe deficerēt:quot defecerūt poſt cānēſem cladē:q̄to minus quicq̄ ī Africa carthaginēſibus firmū:ac ſta/
bile īfidis ſociis grauibus ac ſupbis dominis?Ad hæc nos etiam deſerti a ſociis uiribus noſtris romano
milite ſtetimus.Carthaginenſi nihil ciuilis roboris eſt:mercede paratos milites habēt afros:numidaſqꝫ
leuiſſima fidei mutandæ ingenia.Hic modo nihil moræ ſit:una & traiciſſe me audietis:& ardere bello
Africā:& molientem hinc Annibalem:& obſideri Carthaginem.Lætiores & frequētiores ex Africa ex
pectate nuncios:q̄ ex Hiſpania accipiebatis.Has mihi ſpes ſubiicit fortuna.Populi romāi dii fœderis ab
hoſte uiolati teſtes.Syphax & Maſiniſſa reges:quoꝝ ego fidei ita innitar: ut bene tutus a perfidia ſim.
Multa quæ nūc ex īteruallo nō apparēt:bellū aperiet:& id ē uiri & ducis nō deeſſe fortunæ præbēti ſe
& oblata caſu flectere ad cōſiliū.Habebo.Q.Fabi parē quidē Annibalē:ſed illū potius ego trahā:quā il/
le me retineat.In ſua terra cogā pugnare eū:& Carthago potius præmiū uictoriæ erit:q̄ ſemiruta bru/
tioꝝ caſtella:ne qđ interim:dū traiicio:dū expono exercitū in Africā:dum caſtra ad Carthaginē ꝓmo
ueo.repſ.hic detrimēti capiat:qđ tu.Qu.Fabi:cū uictor tota Italia uolitaret Annibal:potuiſti præſtare
Hoc uide ne cōtumelioſum ſit:cōtuſo iā & pœne fracto Annibale negare cōſulē ꝓſtare uiꝝ fortiſſimū
Pōtifex maxi. nō po/terat ita lia ab/eſſe poſſe.P.Liciniū qui ne a ſacris abſit pōtifex maximus:ideo in ſortē tā lōginquæ ꝓuinciæ non uenit.Si
hercule nihilo maturius hoc ego cēſeo:mō ꝓficeret̃ bellū:tamē ad dignitatē po.ro.famāqꝫ apđ reges
gēteſqꝫ externas:ꝑtinebat nō ad defendēdā mō Italiā:ſed ad īferēda etiā Africæ arma uideri nobis ani/
mū eſſe:non hoc credi uulgariqꝫ:quod Annibal auſus ſit:neminē ducē romanoꝝ audere.Et priore pu
nico bello tum:cū de Sicilia certaret̃:totiens Africā a nr̄is exercitibus & claſſibus oppugnatā:nūc cū de
Italia certet̃.Africam pacatā eſſe.Requieſcat aliquādo tādiu uexata Italia:uratur euaſteturqꝫ īuicē Afri/
ca.Caſtra rōana potius Carthaginis portis īmineāt:q̄ nos iteꝝ uallū hoſtiū ex menibus nr̄is uideamus
Africa ſit reliqui belli ſedes.Illuc terror fugaqꝫ: populatio agroꝝ:defectio ſocioꝝ:cæteræ belli clades:q̄
in nos per.xiiii.annos ingruerunt:uertant̃.Quæ ad rēpu.pertinent:& bellū:qđ inſtat:& prouincias: de
quibus agit̃:dixiſſe ſatis eſt.Illa longa oratio nec ad uos pertinēs ſit:ſi quēadmodum.Qu.Fabius meas
res geſtas ī Hiſpania eleuauit: ſic & ego contra gloriam eius eludere:& uerbis meā extollere ueli Neu/
trū faciam.P.C.& ſi nulla alia re:modeſtia certe:& tēperamento linguæ adoleſcens ſenem uicero:ita &

uixi:& res geſſi:ut tacitus ea opinione:quam ueſtra ſponte conceptam animis haberetis:facile contẽtus
eſſem.Minus æquis animis auditus eſt Scipio:quia uulgatum erat:Si apud ſenatũ nõ obtinuiſſet:ut p/
uincia Africa ſibi decerneretur:ad populũ extemplo latuꝝ.Itaq;.Qu.Fuluius:q Conſul quater & cẽſor
fuerat:poſtulauit a Cõſule:ut palã ĩ ſenatu diceret.Permitteret ne patribus:ut de prouĩciis decernerẽt?
ſtaturuſq; eo eẽt:quod cenſuiſſent:an ad populum laturus?Cum Scipio reſpondiſſet:ſe quod e repub.
eſſet facturum:tum Fuluius.Non ego:ĩquit:ignarus quid reſpõſurus:facturuſue eſſes:quæſiui.Quip/
pe cum præ te feras:temptare magis:quam conſulere ſenatum : & ni prouĩciam tibi : quam uolueris:
extemplo decernamus:paratam rogationẽ habeas.Itaq; a uobis tribuni ple.poſtulo:inquit: ut ſentẽtiã
mihi uideo non dicenti:quod ſi in meam ſententiam diſcedatur:non ſit ratum habiturus conſul auxi
lio ſitis.Inde altercatio orta:cum conſul negaret:æquum eſſe Tribunos intercedere:quo mĩus ſuo qſq;
loco ſenator rogatus ſententiam diceret.Tribuni decreuerunt:ſi conſul ſenatui de prouinciis permittit
ſtari:eo quod ſenatus cenſuerit:placet:nec de ea re ferri ad populum patiemur.Si non permittit:qui de
ea re ſententiã recuſabit dicere:auxilio erimus.Conſul diem ad colloquendum cum collega petiit.Po/
ſtero die pmiſſum ſenatui eſt:prouĩciæ ita decretæ.Alteri cõſuli Sicilia &.xxx.roſtratæ naues quas.C.
Seruilius ſuperiore anno habuiſſet:permiſſumq; ut ĩ Africam ſi id e repu.eſſe cenſeret:traiiceret.Alteri
brutii & bellum cum Annibale cum eo exercitu quem.L.Veturius:&.Qu.Cecilius ſortirentur ĩter ſe.
Compararent ue uter in brutiis duabus legionibus quas conſul reliquiſſet:rem gereret:Imperiumquẽ
in annum ei prorogaretur:cui ea prouincia eueniſſet.Et cæteris præter conſules prætoreſq; q exerciti/
bus prouinciiſq; præfuturi erant:prorogata imperia.Qu.Cecilio ſorte euenit:ut cum conſule ĩ brutiis
aduerſum Annibalem bellum gereret.Ludi deinde Scipionis magna frequentia & fauore ſpectãtium
celebrati.Legati Delphos ad donum ex præda Aſdrubalis portãdum miſſi.M.Pomponius Matho:&
Q.Catulus tulerunt coronam auream.cc.pondo:& ſimulacra ſpoliorum &.x.pondo argenti facti.Sci
pio cũ ut delectum haberet:neq; impetraſſet:neq; magnopere tetendiſſet:ut uolũtarios ducere ſibi mi/
lites liceret:tenuit:& quia impẽſe negauerant reipu.futurã claſſem ut quæ a ſociis darẽtur ad nouas fa/
bricandas naues acciperet.Ethruriæ primum populi pro ſuis quiſq; facultatibus conſulem adiuturos
polliciti.Cerites frumentum ſociis naualibus:cõmeatumq; omnis generis.Populonienſes ferrũ.Tarq/
nienſes lintea ad uela.Volaterani armamenta nauiũ & frumentum.Arretini.xxx.millia ſcutorum ga/
leas totidem pila gæſſa:haſtas longas millium.quĩquagĩta ſummã pari cuiuſq; generis numero exple/
turos.Secures rutra falces:alueolos:molas quãtum in.xl.longas naues opus eſſet.Tritici cẽtum &.xx.
millia modiũ:& in uiaticũ decurionibus:remigibuſq; collaturos.Peruſini:cluſini:ruſellani abietes ĩ fa/
bricandas naues & frumenti magnum numerum.Abiete ex publicis ſiluis eſt uſus:Vmbriæ populi &
præter hos nurſini:& reatini:& amiternini:ſabinuſq; ager omnis milites polliciti.Marſi:peligni : mar/
rucinią; multi uoluntarii nomina in claſſem dederunt.Camertes cum æquo fœdere cum romanis eſ/
ſent:cohortem armatam ſexcẽtorum hominum miſerunt.xxx.nauium carinæ.xx.quĩqueremes:de/
cem quadriremes cum eſſent poſitæ:ipſe ita inſtitit operi:ut die quadrageſimoquinto : quam ex ſiluis
detracta materia eſſet:naues inſtructæ armatæq; in aquam deductæ ſint.Profectus in Siciliam eſt trigĩ
ta nauibus longis:uoluntariorum ſeptem ferme millibus in naues impoſitis.Et.P.Licinius in brutiis
ad duos conſulares uenit exercitus:ex eis eum ſibi ſumpſit:quem.L.Veturius conſul habuerat.Metel/
lo:ut qbus præfuiſſet legionibus:iis præeſſet:facilius cum aſſuetis imperio rem geſturum ratus:permi
ſit.Et prætores diuerſi ĩ prouincias profecti:& quia pecunia ad bellum deerat:agri campani regionem
a foſſa græca ad mare uerſa uændere quæſtores iuſſi.Indicioq; permiſſo:qui ager ciuis campani fuiſſet
ut is publicus Populi Romani eſſet.Indici præmium cõſtitutum:quantæ pecuniæ ager indicatus eẽt:
pars decima &.Gn.Seruilio prætori:urbis negotiũ datum:ut campani ciues:ubicunq; ex.S.C.Liceret:
ibi habitarent:animaduerteretq; in eos:qui alibi habitarent:Eadẽ æſtate Mago Amilcaris filius ex mi/
nore Balearium inſula:ubi hybernarat:iuuentute lecta in claſſem impoſita in Italiam.xxx.roſtratis na/
uibus:& multis onerariis duodecimillia peditum:duo ferme equitũ traiecit.Genuamq; nullis præſi/
diis maritimam oram tutantibus repẽtino aduẽtu cepit.Inde ad oram liguꝝ alpinorũque:ſi quos ibi
motus facere poſſet:claſſem appulit.Ingauni ligurũ ea gens eſt:bellũ ea tẽpeſtate gerebant cũ epanteriis
montanis.Igitur pœnus Sauone oppido alpino præda depoſita:&.x.longis nauibus ĩ ſtationẽ ad præ
ſidiũ relictis:cæteris Carthaginẽ miſſis ad tuendã maritima orã:quia fama erat Scipionẽ eo traiecturũ
eſſe:ipſe ſocietate cũ ingaunis:quoꝝ gratiã malebat cõpoſita montanos inſtituit oppugnare:& creſce/
bat in dies exercitus ad famã nõis eius gallis undiq; cõfluentibus.Ea litteris cognita.Sp.Lucretii ne fru
ſtra Aſdrubale cũ exercitu deleto biẽnio ante forẽt lætati:ſi par aliud:ĩde bellũ duce tantũ mutato ori/
retur:curã ingẽtẽ accẽderunt patribus.Itaq; &.M.Liuiũ procõſulẽ ex Ethruria uolonũ exercitũ admo/
uere Ariminũ iuſſerunt.Gn.Seruilio prætori negotiũ datũ:ut ſi e repu.cẽſeret eſſe:duas urbanas legio/
nes:cui ĩperio uideretur dato:ex urbe duci iuberet.M.Valerius Leuinus Arretiũ eas legiones duxit.Eiſ
dem diebus naues onerariæ pœnoꝝ ad octogĩta circa Sardiniã a.C.Octauio qui prouĩciæ præerat ca/
ptæ.Eas Cælius frumẽto miſſo Ad annibalẽ commeatuq; onuſtas.Valerius prædam Ethruſcã ligu/
rumq; & montanoꝝ captiuos Carthaginẽ portantes tradit.In brutiis nihil ferme eo anno memorabi
le geſtum ẽ.Peſtilentia interceſſerat eo anno pari clade in romanos pœnoſq;:niſi quod punicũ exercitũ
ſupra morbũ etiam fames affecit propter Iunonis Lucinæ templum æſtatem Annibal egit:ibiq; aram
condidit:dedicauitq; cum ĩgenti rerum abſe geſtarum titulo punicis græciſq; litteris ĩſculpto.

Scipiõi Sicilia decer/nitur

Att.q undiq; collata ad claſ/ſem Sci/piõi or/nandã

Duo li/guꝝ ge nera Ingau/ni & in temelii

## TERTIAE DECADIS
## TITI LIVII PATAVINI HISTORICI DE SECVNDO BELLO PVNI. LIBER NONVS.

SCIPIO Poſteaquam in Siciliam uenit uoluntarios milites ordinauit cen
turiauit. Ex iis. ccc. iuuenes florẽtes ætate & uiriũ robore inermes circa ſe
habebat ignorãtes quẽ ad uſum neq; cẽturiati: neq; armani ſeruarentur.
Tum ex Siciliæ iunioꝝ numero pͥcipes genere & fortuna. ccc. eqtes: q ſe
cum ĩ Africã traiicerẽt: legit: dieq; iis: qua eqs armiſq; inſtructi atq; ornati
adeſſent: edixit. Grauis ea militia ꝓcul domo terra mariq; multos labores
magna pͥcula allatura uidebaẽ: neq; ipſos modo: ſed parẽtes cogatoſq; eo
rum ea cura angebat. Vbi dies q̃ edicta erat: aduenit: & arma equoſq; oſtẽ
derũt: tũ Scipio renũciari ſibi dixit quoſdã eqtes ſiculoꝝ tanq̃ grauẽ & du
ram horrere eã militiam: Siq ita aĩati eẽnt: malle eos ſibi tũc fateri: quam
poſt modũ q̃rentes: ſegnes atq; ĩutiles milites eẽ reipu. expromerẽt: quid
ſentirẽt: cũ bona uenia ſe audituꝝ. Vbi unus ex iis auſus ẽ dicere ſe pro
ſus: ſi ſibi: utrũ uelit: liberꝝ eẽt: nolle militare. Tũ Scipio ei: quãdo igiẽ ado
leſcens qd ſentires: non diſſimulaſti: uicariũ tibi expediã cui tu arma: equumq; & cætera ĩſtrumẽta mi
litiæ tradas: & tecum hĩc extẽplo domũ ducas: exerceas: docẽdum cures: equo tradito armiſq;. Cui læ
to cõditionẽ accipienti unũ ex. ccc. quos ĩermes habebat: tradit. Vbi hoc modo exauctoratũ equitẽ cum
gratia ĩperatoris cæteri uiderũt: ſe qſq; excuſare: & uicariũ accipere. Ita. ccc. ſiculis romani ſubſtituti equi
tes ſine publica ĩpenſa. Docẽdorũ atq; exercẽdoꝝ curã ſiculi habuerunt: qa edictũ ĩperatoris erat: ipſum
militatuꝝ: q ita non feciſſet. Egregiã hanc alam eqtũ euaſiſſe ferũt: multiſq; p̃liis rempublicã adiuuiſſe.
Legiones ĩde cum inſpiceret: plurimorũ ſtipendioꝝ ex iis milites delegit: maxĩe qui ſub duce Marcello
militauerãt: quos cũ optĩa diſciplina ĩſtitutos credebat: tũ etiam ab longa Syracuſanoꝝ obſidione peri
tiſſimos eẽ urbium oppugnãdarum: nihil enĩ paruum: ſed Carthaginis iam excidia agitabat aĩo. Inde
exercitũ per oppida diſpertit. Frumẽtum ſiculoꝝ ciuitatibus ĩperat. Ex Italia aduecto parcit. Veteres na
ues reficit: & cũ iis. C. Lællium p̃datum mittit. Nouas Panormi ſubducit: qa ex uiridi materia rapti fa
ctæ erant: ut ĩ ſicco hybernarẽt. Præparatis oĩbus ad bellum: Syracuſas nõdum ex magnis belli moti
bus tranq̃llas uenit. Græci res a q̃buſdam italici generis eadem ui qua per bellũ ceperãt: retinẽtibus: cõ
ceſſas ſibi ab ſenatu repetebãt. Oĩum primũ ratus tueri publicam fidẽ: partim edicto: partĩ iudiciis etiã
in pertinaces ad obtinẽdam iniuriã tedditis ſuas res ſyracuſanis reſtituit. Non ipſis tantũ ea res: ſed om
nibus Siciliæ populis grata fuit: eoq; enixius ad bellum adiuuerũt. Eadẽ æſtate ĩ Hiſpania coortũ ĩgens

Noui ĩ hiſpáia motus

bellum: cõciente Indibili: nulla alia de cauſa: quã per admirationẽ Scipionis: cõtemptu: ĩperatorum alio
rum orto. Eum ſupereſſe unum ducem romanis: cæteris ab Annibale ĩterfectis rebantur: eo neci Hi
ſpaniam cæſis Scipionibus aliũ quem mitterent: habuiſſe: & poſteaq̃ in Italia grauius bellũ urgeret ad
uerſus Annibalem: eum accerſitum: p̃terquam quod noĩa tantum ducum ĩ Hiſpania Romani habe
bant: exercitum quoq; ĩde ueterẽ deductum: trepida oĩa & ĩconditam inde turbam tyronum eẽ: nunq̃
talẽ occaſionẽ liberãdæ Hiſpaniæ fore: ſeruitũ ad eam diẽ aut Carthaginẽſibus: aut Romanis: nec inui
cem his aut illis ſed interdum utriſq; ſimul: pulſos ab Romanis Carthaginẽſes: ab hiſpanis ſi conſenti
rent: pelli Romanos poſſe ut ab omni ĩperio externo ſoluta in perpetuum Hiſpania in patrios rediret
mores: rituſq;. Hæc taliaq; dicendo nõ populares modo: ſed anxetanos quoq; uicinam gentem cõcitat.
Et alios finitimos ſibi atq; illis populos. Itaq; intra paucos dies. xxx. millia peditum: quattuor ferme eq
tum in ſedetanum agrum quo edictum erat: conuenerunt. Romani quoq; imperatores. L. Lẽtulus: &
L. Manlius Accidinus ne gliſceret: primo negligendo bellum iunctis & ipſi exercitibus per agrum anxe
tanum hoſtico tanquam pacato clæmenter ductis militibus ad ſedem hoſtium peruenere. Trium mil
lium ſpatio procul a caſtris eorum poſuerunt caſtra. Primo per legatos nequicquam eſt temptatũ: ut
diſcederetur ab armis: deinde cum in pabulatores romanos impetus repente ab equitibus hiſpanis fa
ctus eſſet: ſummiſſo ab ſtatione romana equitatu equeſtre prælium fuit: haud ſane memorando ĩ par
tem ullam euentu. Sole oriente poſtero die armati ĩſtructiq; omnes mille ferme paſſus procul a caſtris
romanis aciem oſtendere. Medii anxetani erãt: cornu dexterũ illergetes: leuum ignobiles tenebãt hiſpa
ni populi. Inter cornua & mediam aciem inter ualla patentia ſatis late fecerunt: qua equitatum: ubi tẽ
pus eſſe: emitterẽt. Et romani more ſuo exercitum cum ĩſtruxiſſent. id modo hoſtiũ imitati ſunt: ut ĩ
ter legiones & ipſi patentes equiti relinquerent uias. Cæteꝝ lentulus ei parti uſum equitis fore ratus: q̃
prior ĩ dehiſcentẽ interuallis hoſtiũ aciẽ equites emiſiſſet. Sex. Cornelio Tribuno militũ imperat equi
tes per patentes ĩ hoſtiũ acie uias permittere equos iubeat. Ipſe cœpta parũ proſpere pedeſtri pugna tan
tum moratus: dũ cedenti duodecimæ legioni: quæ ĩ leuo cornu aduerſus illergetes locata ꝑna erat: ter
tiamdecimã legionẽ ex ſubſidiis: ĩ primã aciẽ firmamentũ ducit. Poſteaquã æquata ibi pugna eſt: ad. L.
Manliũ inter prima ſigna hortantem: ac ſubſidia: quibus res poſtulabat locis inducentem: uenit. Indi
catq; tuta ab leuo cornu eſſe: iã miſſum a ſe Sex. Corneliũ procella equeſtri hoſtis circunfuſuꝝ. Vix hæc
dicta dederat: cũ romani eqtes ĩ medios inuecti hoſtes ſimul pedeſtres acies turbauerunt: ſimul equiti
bus hiſpanoꝝ uiã ĩmittendi equos clauſerunt: Itaq; omiſſa pugna equeſtri ad pedeſtrẽ hiſpani deſcen
derũt. Romãi ĩpatores ut turbatos hoſtiũ ordĩes: & trepidationẽ pauorẽq; & fluctuãtia uiderũt ſigna:
hortanẽ: orãt milites: ut p̃culſos ĩuadãt: neu reſtitui aciẽ patianẽ. Nõ ſuſtinuiſſent tã ĩfeſtũ ĩpetũ barba

rini regulus ipſe Indibilis cũ eqtibus ad pedes digreſſis ante prĩa ſigna peditũ ſe obieciſſet. Ibi aliquãdiu atrox pugna ſtetit. Tandẽ poſteaquã ii q circa regẽ ſeminecem reſtantẽ: deĩde pilo terræ affixum pugnabant: obruti tælis occubuerunt: tum fuga paſſim cœpta: plureſq; cæſi: qa equos conſcedendi ab eqtibus ſpatiũ non fuerat: & qa pculſis acriter ĩſtiterunt romãi. Nec ante abſceſſum ẽ: quam caſtris quoq; exuerunt hoſtẽ Tredecimillia hiſpanoꝝ cæſa eo die. d. ccc. ferme capti. Romanoꝝ ſociorũq; paulo amplius cc. maxĩe ĩ leuo cornu ceciderunt. Pulſi caſtris hiſpani: aut q ex prælio effugerant: ſparſi prĩo per agros: deĩde ĩ ſuas qſq; ciuitates redierunt. Tum a Mãdonio euocati ĩ cõſiliũ: conqueſtiq; ibi clades ſuas ĩcrepitis auctoribus belli legatos mittẽdos ad arma tradẽda: deditionemq; faciẽdam cẽſuerũt. Quibus culpã in auctores belli Indibilẽ cæteroſq; prĩcipes: quoꝝ plæriq; ĩ acie cecidiſſent conferẽtibus tradẽtibuſque arma & dedẽtibus ſeſe reſponſum eſt. In deditionẽ ita accipi eos: ſi Mandoniũ cæteroſq; belli cõcitatores tradidiſſent uiuos: ſi mĩus: exercitus ſe ĩ agrum illergetum anxetanorũq;: & deĩceps alioꝝ populoꝝ ducturos. Hæc dicta legatis renunciataq; ĩ conſiliũ. Ibi Mandonius cæteriq; prĩcipes compræhẽſi traditi ad ſuppliciũ. Hiſpanis populis pax reddita. Stipẽdium eius anni duplex: & frumẽtum ſex mẽſium ĩperatum: ſagaq; & togæ exercitui: & obſides ab trigĩta ferme populis accepti. Ita Hiſpaniæ rebellantis tumultu haud magno motu ĩtra paucos dies cõcito & cõpreſſo ĩ Africam omnis terror uerſus. C. Lællius nocte ad Hipponem Rhegium cũ acceſſiſſet: luce prĩa ad populãdũ agrũ ſub ſignis milites ſocioſq; nauales duxit. Omnibus pacis modo ĩcurioſe agẽtibus: magna clades illata: nũciiq; trepidi Carthaginẽ terrore ingenti cõpleuere. Claſſem romanã Scipionemq; imperatorẽ & fama iam fuerat ĩ Siciliam trãſgreſſum aduenĩſſe: Nec quot naues uidiſſet: nec quãta manus agros popularetur: ſatis gnari omnia in maius metu augẽte accipiebãt. Itaq; primo terror pauorq;: deinde mœſtitia animos ĩceſſit: tantum fortunam mutaſſe: ut qui modo ipſi exercitũ ante mœnia romana habuiſſent uictores: totq; ſtratis hoſtiũ exercitibus oẽs Italiæ populos aut ui: aut uoluntate in deditionẽ accepiſſent: ĩi uerſo marte Africæ populationes & obſidionẽ Carthaginis uiſuri forent: nequaquã ad patienda ea robore ac romani fuiſſent: illis romanã plebẽ: illis Latiũ iuuentutẽ præbuiſſe: maiorẽ ſemꝑ frequẽtioreq; pro tot cæſis exercitibuſ ſoboleſcẽtem cæterum ſuam plebẽ imbellem in urbe: imbellem in agris eſſe: mercede parari auxilia ex afris gẽte ad omnẽ auram ſpei mobili atq; infida. Iam regẽ Syphacem poſt colloquium cum Scipione alienatum: Nec Maſiniſſam aperta defectione infeſtiſſimum hoſtem: nihil uſquam ſpei nihil auxilii eſſe. Magonem ex Gallia mouere tumultus neqcquam: nec coniungere ſeſe Annibali: & Annibalẽ ipſum iam & fama ſeneſcere & uiribus. In hæc deflenda prolapſos ab recenti nuncio animos rurſus terror inſtans reuocauit ad conſultandum: quonam modo obuiam præſentibus periculis iretur. Delectus raptĩ in urbe agriſq; haberi placet: mittere ad conducẽda auxilia: munire urbem: frumentũ conuehere: tæla: arma parare: ĩſtruere naues: & mittere ad Hipponẽ aduerſus romanã claſſem: Iam hæc agentibus nuncius tandem uenit. Lællium non Scipionẽ: copiaſq; quantæ ad ĩcurſiones agroꝝ ſatis ſint: tranſuectas: ſummam belli molẽ adhuc ĩ Sicilia eſſe. Ita reſpiratum: mittiq; ad Syphacẽ legatiões alioſq; regulos firmandæ ſocietatis cauſa cœptum. Ad Philippum quoq; miſſi: q ducenta argenti talenta pollicerentur: ut ĩ Siciliam aut ĩ Italiam traiiceret: & ad ſuos imperatores ĩ Italiam: ut omni terrore Scipionẽ retinerent. Ad Magonẽ etiam nõ legati modo: ſed. xxv. naues longæ: ſex millia peditum: octigenti equites: & ſeptẽ elephanti adhuc magna pecunia ad cõducenda auxilia: quibus frætus propius urbem Romã exercitum admoueret: coniungeretq; ſe Annibali. Hæc Carthagĩe parabãt agitabantq;. Ad Lælliũ p̄das ingentes ex agro inermi ac nudo præſidiis agentem Maſiniſſa fama romanæ claſſis excitus cum eqtibus paucis uenit. Is ſegniter rem agi a Scipiõe quæſtus: quod non iam exercitum ĩ Africam traieciſſet pculſis Carthaginẽſibus: Syphace ĩpedito finitimis bellis: quẽ certum haberet: ſi ſpatium ad ſua: ut uelit: cõponenda detur: nihil ſincera fide cum romanis acturum: hortaretur ac ſtimularet Scipionẽ non ceſſarẽ. Se quãquam regno pulſus eſſet: cum haud contemnẽdis copiis affuturum peditum eqtumq;. Nec ipſi Lællio morandum ĩ Africa eẽ: claſſem credere profectam a Carthagĩe: cum qua abſente Scipione nõ ſatis tutum eẽt contrahi certamẽ. Ab hoc ſermone dimiſſo Maſiniſſa: Lællius poſtero die naues præda onuſtas ab Hippone ſoluit: reuectuſq; ĩ Siciliã Maſiniſſæ mandata Scipioni expoſuit. Eiſdẽ ferme diebus naues: quæ a Carthagĩe ad Magonẽ miſſæ erant: ĩter albigaunos: ligureſq; alpinos Genuam acceſſerunt. In iis locis tum forte mago tenebat claſſem: q legatorum auditis uerbis iubẽtium exercitus cõparare: quãmaximas extemplo gallorum & ligurũ: nãq; utriuſq; gẽtis ĩgens ibi multitudo erat: cõſiliũ habuit. Et miſſum ſe ad eos uĩdicandos in libertatẽ ait: ut ipſi cernãt mitti ſibi ab domo ꝓſidia: ſed quãtis uiribus: quantoq; exercitu id bellũ geratur: in eoꝝ poteſtate eſſe duos exercitus romãos unum ĩ Gallia: alteꝝ ĩ Ethruria eẽ ſatis ſcire. Sp. Lucretiũ ſe cũ. M. Liuio iunctuꝝ: multa millia ipſis etiã armanda eſſe: ut duobus bucibus: duobus exercitibus romãis reſiſtatur. Galli ad id ſummã ſuã uolũtatẽ eẽ dicerẽ: ſed cũ una caſtra intra fines: altera ĩ finitima terra Ethruria prope ĩ cõſpectu habeant: ſi palã fiat auxiliis adiutũ ab ſeſe eẽ pœnũ extẽplo ĩfeſtos utriq; exercitus ĩ agrũ ſuũ ĩcurſuros: ea ab gallis deſyderaret: q̃bus occulte adiuuari poſſet: liguribus qd ꝓcul agro urbibuſq; eoꝝ caſtra romana ſint: libera cõſilia eẽ: illos armare iuuentutẽ: & capeſſere ꝓ parte bellũ æquum eſſe. Ligures haud abnuere tẽpus modo duorum mẽſiũ petere ad delectus habẽdos. Interim Mago milites: gallis dimiſſis clã ꝑ agros eoꝝ mercede cõducere: cõmeatus: quoq; oĩs generis occulte ad eũ a gallicis populis mittebantẽ. M. Liuius exercitũ uolonũ Ex Ethruria ĩ Galliã traducit: iũctuſq; lucretio ſi ſe Mago ex liguribus ꝓpius urbẽ moueat: obuiã ire parat. Si pœnus ſub angulo alpiũ qetus ſe cõtineat: & ipſe ĩ eadẽ regiõe circa Ariminũ Italiæ ꝑ

Indibilis ĩteritus

Hiſpãorum cædem

Cartha. metus.

Magõis ad ligures & gallos hortatio

ſidio futurus:Poſt reditũ ex Africa.C.Lælii:& Scipione ſtimulato Maſiniſſæ adhortationibus:& mi/
litibus prædã ex hoſtiũ terra cernẽtibus:tota claſſe efferri accenſis ad traiiciendũ:q̃primũ iteruenit ma
iori mĩor cogitatio Locros urbẽ recipiẽdi:quæ ſub defectionẽ Italiæ deſciuerat:& ipſa ad pœnos : ſpes
autem affectandæ eius rei ex minima re affulſit:quod latrociniis magis:quã iuſto bello ĩ brutiis gerebã
tur res:prĩcipio a numidis facto:& brutiis nõ ſocietate magis punica:quã ſuopte ĩgenio congruẽtibus ĩ
eum morẽ:poſtremo romani quoq; milites iam contagiõe quadam rapto gaudẽtes:quantũ p duces li
cebat excurſiones ĩ hoſtium agros facere.Ab iis egreſſi qdam urbe locrẽſes circũuenti.Rhegiumq; ab/
ſtracti fuerant.In eo captiuoꝝ numero fabri qdam fuere:aſſueti forte apud pœnos mercede opus ĩ ar/
ce locroꝝ facerẽ.Ii cogniti a locrenſiũ prĩcipibus:q exulabãt Rhegii:pulſi ab aduerſa factione quæ An/
nibali Locros tradiderat.Rhegiũ ſe contulerant.Cum cætera percũctantibus:ut mos eſt:q diu abſunt:
quæ domi agerẽtur:expoſuiſſent:ſpem fecerũt:ſi redempti ac remiſſi forent:arcem ſe iis traditurost:ibi
ſe habitare:fidemq; ſibi rerum oĩum ĩter carthaginẽſes eſſe.Itaq; ut q ſimul deſyderio patriæ agerẽtur
ſimul cupiditate inimicos ulciſcẽdi arderent:redẽptis extemplo iis remiſſiſq;:cum ordinẽ agẽdæ rei cõ
poſuiſſent:ſigna quoq;:quæ procul ædita obſeruarẽt:ipſi ad Scipionẽ Syracuſas ꝓfecti:apud quẽ pars
exulum erat:referẽtes ſibi promiſſa captiuorũ cum ſpem ab effectu haud abhorrentem cõſuli feciſſent

Locri a romáis recipiũtur

tribuni militum cum iis.M.Sergius:&.P.Matienus miſſi:iuſſiq; ab Rhegio triamillia militũ Locros
ducere:&.Qu.Pleminio proprætori ſcriptum:ut rei agendæ adeſſet.Profecti ab Rhegio ſcalas ad di/
ctam altitudinẽ arcis fabricatas portantes:media ferme nocte ex eo loco:unde cõuenerat:ſignũ dedere
proditoribus arcis:qui parati ĩtenti & ipſi ſcalas ad idipſum factas cũ demiſiſſent:pluribuſq; ſimul lo/
cis ſcãdentes accepiſſent:priuſquã clamor oriretur ĩ uigiles pœnoꝝ:ut ĩ nullo metu ſopitos ĩpetus ẽ fa/
ctus:quoꝝ gemitus primo morientiũ exauditus:deĩde ſubita conſternatio ex ſomno:& tumultus:cũ
cauſa ignorareť:poſtremo certiores aliis excitantibus alios:iam pro ſe quiſq; ad arma uocabat: hoſtes ĩ
arce eſſe & cædi uigiles:oppreſſiq; forent romani nequaquã numero partes:ni clamor ab iis: qui extra
urbem erant ſublatus:incertũ unde accidiſſet:oĩa uana augente Nocturno tumultu feciſſet.Itaq; uelut
plena iã hoſtiũ arce territi pœni:omiſſo certamĩe:ĩ alterã arcem:duæ ſunt haud multũ ĩter ſe diſtantes:
confugiunt.Oppidani urbem habebant uictoribus ꝑmium ĩ medio poſitam:ex arcibus duabus præ/
liis quottidie leuibus certabatur.Q.Pleminius romano:Amilcar punico ꝑſidio præerat:& accerſentes
ex ꝓpinquis locis ſubſidia copias augebãt.Ipſe poſtremo ueniebat Annibal:nec ſuſtinuiſſent romani:
niſi locrẽſium multitudo exacerbata ſupbia atq; auaricia pœnorum ad romanos ĩclinaſſet.Scipioni ut
nunciatum eſt:ĩ maiore diſcrimine Locris rem uerti:ipſumq; Annibalem aduẽtare: ne præſidium ẽt
periclitaretur haud facile ĩde receptum:& ipſe a Meſſana.L.Scipione fratre ĩ præſidio ibi relicto:cũ pri
mum æſtu fretum ĩclinatũ eſt:naues mari ſecũdo miſit:& Annibal a Butroto anni haud procul is ab
urbe Locris abeſt nũcio præmiſſo:ut ſui luce pria ſumma ui præliũ cum romanis ac locrenſibus conſe
rerent:dum ipſe auerſis oĩbus ĩ eum tumultum a tergo urbẽ ĩcautã aggrederetur:ubi luce cœptam in/
uenit pugnam:ipſe nec ĩ arcem ſe ĩcludere turba locum arctum ĩpediturus uoluit:neq; ſcalas qbus ſcã/
deret muros:attulerat:ſarcinis ĩ aceruum coniectis cum haud procul muris ad terrorem hoſtiũ aciem
oſtendiſſet:cum eqtibus numidis circũequitabat urbem:dum ſcalæ quæq; alia ad oppugnãdum opus
eſſent parãtur:ad uiſendum qua maxĩa parte aggrederetur progreſſus ad murum ſcorpione ictus: qui
proximus forte eum ſteterat:territus ĩde tam periculoſo caſu receptui canere cum iuſſiſſet: caſtra pro/
cul ab ictu tæli cõmuniit.Claſſis romana a Meſſana Locros multa die ſupante acceſſit. Expoſiti oẽs e
nauibus & ante occaſum ſolis urbẽ igreſſi ſunt:poſtero die cæpta ex arce a pœnis pugna:& Annibal iã
ſcalis aliiſq; oĩbus ad oppugnationẽ paratis ſubibat muros:cũ repẽte ĩ eum nihil minus:quam tale qcq̃
timentẽ patefacta porta erumpunt romani ad.cc.ĩprouidos cũ ĩuaſiſſent:occidũt.Cæteros Annibal ut
conſulem adeſſe ſenſit:ĩ caſtra recepit:nuncioq; miſſo ad eos:q ĩ arce erãt:ut ſibimetipſis conſulerẽt:no
cte motis caſtris abiit:& qui ĩ arce erant:igni iniecto tectis:quæ tenebant:ut is tumultus hoſtem mora
retur:agmen ſuoꝝ fugæ ſimili curſu ante noctem aſſecuti ſunt. Scipio ut & arcem relictam ab hoſti/
bus & uacua uidit caſtra:uocatos ad concionẽ locrenſes grauiter ob defectionẽ ĩcuſauit.De auctoribus
ſupplicium ſumpſit:bonaq; eorum prĩcipibus alterius factionis ob egregiam fidem aduerſus romãos
conceſſit.Publice nec dare:nec eripere ſe quicquam locrenſibus dixit.Romam mitterẽt legatos:quam

Qu.Pleminius legatus locris relinqť

ſenatus cenſuiſſet eam fortunam habituros:illud ſatis ſcire:& ſi male de Popu.Roma.meriti eẽnt:ĩ me
liore ſtatu ſub iratis romanis futuros:quam ſub amicis carthaginẽſibus fuerunt.Ipſe.Qu.Pleminio le
gato præſidioq;:qđ arcẽ ceperat:ad tuẽdam urbẽ relicto:cũ quibus uenerat copiis:Meſſanam traiecit.

Ita ſupbe & crudeliter habiti locrẽſes a carthaginẽſibus poſt defectionẽ ab romanis fuerãt:ut modi/
cas iniurias non æquo modo aĩo pati:ſed ꝓpe libẽti uidere poſſent:uerũ eniuero tãtũ Pleminius Amil
carẽ præſidii præfectũ:tãtũ præſidiarii milites romãi pœnos ſcelere atq; auaricia ſupauerunt:ut nõ ar/
mis:ſed uitiis uidereť certari:nihil oĩum:quæ inopi ĩuiſas opes potẽtioris faciunt:prætermiſſum ĩ op
pidanos eſt ab duce:aut a militibus:ĩ corpora ipſoꝝ ĩ liberos:ĩ coniuges ĩfandæ contumeliæ æditæ.Nã
auaricia ne ſacroꝝ qdem ſpoliatione abſtinuit:nec alia modo templa uiolata:ſed Proſerpinæ etiã ĩtacti
omni ætate theſauri:ꝑterquã qđ a Pyrrho:q cũ magno piaculo ſacrilegii ſui mãibus rettulit:ſpoliati di
cebantur.Ergo ſicut ante regiæ naues laceratæ naufragiis nihil in terram ĩtegri præter ſacram pecuniã
deæ:quam exportabãt:extulerãt:tum quoq; alio genere cladis eadẽ illa pecunia omnibus contactis ea
uiolatiõe tẽpli furorẽ iniecit:atq; ĩter ſe ducẽ ĩ ducẽ:militẽ ĩ militẽ rabie hoſtili uertit.Sũmæ rei Plemi/

nius præerat:militū pars ſub eo:quā ipſe ab Rhegio abduxerat:pars ſub tribunis erat.Rapto poculo ar
genteo ex oppidani domo Pleminii miles fugiens ſequētibus:quoꝝ erat:obuius forte Sergio:& Metie
no tribuno militū fuit:cui cū iuſſu tribunoꝝ ademptū eēt poculū:prīo iurgium:deīde clamor quoq;:
pugna poſtremo orta īter Pleminii milites tribunorūq;:ut ſuis qſq; opportunus aduenerat:multitudīe
ſimul ac tumultu creſcente.Victi Pleminii milites cum ad Pleminiū cruoré:& uulnera oſtētantes:nō ſi

Atť.fœdū īter ro.milites certamen

ne uociferatione atq; īdignatione cōcurriſſent:probra ī eum ipſum iactata ī iurgiis referentes:accenſus
ira domo ſeſe proripuit:uocatoſq; tribunos nudari ac uirgas expediri iubet.Dum ſpoliādis iis:repugna
bant enim:militumq; īplorabant auxilium:tempus teritur:repēte frequētes milites feroces recenti ui/
ctoria ex omnibus locis uelut aduerſus hoſtes:cū ad arma conclamatū eēt:concurrerunt:& cum iā uio
lata uirgis corpora tribunorum uidiſſent:tū uero ī multo īpotentiorem ſubito rabiē accenſi ſine reſpe
ctu non maieſtatis modo:ſed īhumanitatis ī legatum īpetum lictoribus primū īdignum ī modū mul
ctatis faciunt:tum ipſum ab ſuis īterceptum & ſecluſum hoſtiliter lacerant:& ꝓpe exanguem naſo au/

lictores ad erát legato

ribuſq; mutilatis reliquunt.His Meſſanam nunciatis.Scipio poſt paucos dies Locros aduectus cū cām
Pleminii & tribunoꝝ audiſſet.Pleminio noxa liberato:relictoq; ī eiuſdem loci præſidio:tribunis ſonti
bus iudicatis & ī uīcula coniectis ut Romam ad ſenatū mitterentur:Meſſanā atq; Syracuſas rediit.Ple/
minius īpotens iræ neglectam ab Scipione & nimis leuiter latā ſuā iniuriā ratus:nec quenquā æſtimarī
alium eam litem poſſe:niſi q atrocitatem eius patiēdo ſenſiſſet:tribunos attrahi ad ſe iuſſit : laceratoſq;
omnibus:quæ pati corpus ullum poteſt ſuppliciis:īterfecit:nec ſatiatus uiuoꝝ pœna īſepultos proiecit:

Atť.Q.Pleminii crudelitaté

ſimili crudelitate & ī locrenſiū prīcipes eſt uſus:quos ad conquerēdas iniurias ad.P.Scipioné profectos
audiuit:& q antea per libidinē atq; auariciā fœda exempla ī ſocios ædiderat:tunc ab ira multiplicia æde
re:īfamiæ atq; īuidiæ nō modo ſibi:ſed etiam īperatori eē.Iam comitioꝝ appetebat tempus:cū a.P.Li
cinio litteræ Romā allatæ ſunt ſe exercitumq; ſuū graui morbo afflictari:nec ſiſti potuiſſe:niſi eadē uix
mali aut grauior etiam ī hoſtes īgruiſſet.Ita quoniā ipſe uenire ad comitia non potuiſſet:ſi ita patribus
uideretur:ſe.Qu.Ceciliū Metellū dictatoré comitiorum cauſa dicturum:exercitūq;.Qu.Cecilii dimit/
ti e repu.eē:nam neq; uſum eius ullum ī præſentia eē:cū Annibal iam in hyberna ſe ſuoſq; receperit:&
tanta īceſſerit ī ea caſtra uis morbi:ut niſi mature dimittatur:nemo oīum ſuperfuturus uideatur:ea cō
ſuli a patribus facienda ut e repu.fideq; ſua duceret permiſſa.Ciuitaté eo tempore repēs religio īuaſerat
īuento carmīe ī libris Sibyllinis propter crebrius eo anno de cælo lapidatū īſpectis:q̄doq; hoſtis alieni
gena terræ Italiæ bellum ītuliſſet:eū pelli Italia uīciq; poſſe:ſi matris ideæ Peſſimunte numē Romam
aduectum foret.Id carmen a decēuiris īuentum eo magis patres mouit:quod & legati:q donum Del/
phos portauerant:referebant:& ſacrificantibus ipſis Pythio Apollini oīa læta exta fuiſſe:& reſponſum
oraculo æditum maioré multo uictoriam:quam cuius ex ſpoliis dona portarēt:adeſſe Po.Ro.In eiuſ/
dem ſpei ſummā cōferebant.P.Scipionis uelut ꝑſagientem aīum de fine belli:q depopoſciſſet prouīciā
Africā.Itaq; quo maturius fatis oībus oraculiſq; portēdētis ſeſe uictoriæ cōpotes fierēt:id cogitare atq;
agitare:quæ ratio trāſportandæ Romā deæ eſſet:Nullas tum ī Aſia ciuitates ſocias habebat Popu.Ro.
tamen memores Aeſculapiū quoq; ex Græcia quōdam haud dum ullo fœdere ſociata ualitudīs popu/
li cauſa accerſitum:& iā cū Attalo rege ꝑꝑ cōmuné aduerſus Philippū bellum cœptā amiciciā eē:factu/
rum eum quā poſſet Po.Ro.cauſa:legatos ad eū decernūt.M.Valerium Leuīum:q bis conſul fuerat:ac
res ī Græcia geſſerat.M.Cecilium Metellū ꝑtorium:Sulpiciū Galbam Aediliciū:duos q̄ſtores.C.Tre/
meliū Flaccū &.M.Valeriū Falconé.Hæ qnq; naues qnqueremes ut ex dignitate Popu.Roma.adirent
eas terras:ad quas cōciliāda maieſtas nomini romano eēt:decernūt.Legati Aſiā petentes protīus Del/
phos cū deſcēdiſſent oraculum adierunt:cōſultantes ad quod negotiū miſſi domo eēnt: ꝑficiendi eius
quam ſibi ſpē Po.Ro.portēderet.Reſponſum eē ferūt ꝑ Attalū regē compotes eius fore:quod peterēt:
cum Romā deam deuexiſſent:tū curarēt:ut eam:q uir optīus Romæ eēt:hoſpitio acciperet.Pergamū

Legati ī Aſiam miſſi ad idæā mr̃em ī de Ro. deportādam

ad regē uenerunt:is legatos comiter acceptos peſſimum ī Phrygiā deduxit:ſacrūq; iis lapidē:quem ma
trem deū īcolæ eē dicebant:tradidit:ac deportare Romā iuſſit.Præmiſſus ab legatis.M.Valerius Falco
nunciauit deā apportari:q̄rendum uirū optīum ī ciuitate eē:q eā rite hoſpitio accipet.Qu.Cecilius Me
tellus dictator a cōſule ī brutiis comitioꝝ cauſa dictus:exercituſq; eius dimiſſus:magiſter eqtum.L.Ve
turius Philo.Comitia ꝑ dictatoré habita:cōſules facti.M.Cornelius Cethegus:Publius Sēpronius Tu/
ditanus abſens:cū ꝓuīciā Græciā haberet.Prætores īde creati Claudius Nero.M.Martius ralla.L.Scri/
bonius Libo.M.Pōponius Matho Comitiis pactis:dictator ſeſe magiſtratu abdicauit.Ludi romāi ter:
plebeii ſepties īſtaurati.Curules erāt Aediles.Gn.&.L.Cornelii.L.Lētulus.Hiſpaniā ꝓuīciā habebat:ab
ſens creatus abſens eū honoré geſſit.T.Claudius Aſellius:Marcus Iunius Pœnus plebeii Aediles fuerūt
Aedē uirtutis eo anno ad portā capenā Marcus Marcellus dedicauit:ſeptīodecimo anno poſteaq̄ a par
te eius prīo cōſulatu uota ī Gallia ad Claſtidium fuerat:& flamē martialis eo anno ē mortuus Marcus
Aemylius regulus Neglectæ eo biēnio res ī Græcia erāt.Itaq; Philippus Aetolos deſertos ab Romanis

M.Cornelius Q.Sempronius Tuditanus cōſ. Aedes uirtutis

cui uni fidebāt auxilio:qbus uoluit cōdicionibus ad petendam & paciſcendam ſubegit pacem:quod ni
ſi omni ui perficere maturaſſet:bellanté eum cum ætholis.P.Sempronius ꝓcōſul ſucceſſor īperii miſ/
ſus Sulpicio cū decem millibus peditum:& mille eqtibus:& trigītaqnq; roſtratis nauibus:haud paruū
momentū ad opem ferendā ſociis:oppreſſiſſet.Vixdū pace facta nūcius regi uenit. Romanos Dyrrha/
chiū ueniſſe:parthenoſq; & ꝓpīquas alias gētes motas eē ad ſpē nouādi res.Dimallūq; oppugnare. Eo
ſe auerterāt romani ab ætholoꝝ:quo miſſi erāt auxilio:irati qd̄ ſine auctoritate ſua aduerſus fœdus cū

rege pacem feciſſent. Ea cum audiſſet Philippus: ne qui motus maior in finitimis gentibus populiſque oriretur: magnis itineribus Apolloniā contendit: quo Sempronius ſe receperat: miſſo Vectorio legato cum parte copiaꝝ: &.xv. nauibus ī Aetholiam ad uiſendas res pacemq; ſi poſſet: turbandam. Philippus agros Apolloniatium uaſtauit: ad urbē admotis copiis poteſtatem pugnæ romano fecit: quē poſteaquā quietum muros tātūmodo tueri uidit: nec ſatis fidens uiribus ut urbem oppugnaret: cū romanis quoque ſicut cum ætholis cupiens pacem ſi poſſet: ſi minus īducias facere: nihil ultra irritatis nouo certamine odiis ī regnum ſe recepit. Per idem tempus tædio diutini belli epirotæ: temptata prius romanorum uoluntate legatos de pace communi ad Philippum miſere: ſatis confidere conuenturam eam affirmātes: ſi ad colloquium cum. P. Sempronio īperatore ueniſſet: facile īperatum: neq; enim ipſius qdem regis abhorrebat: animus: ut ī Epirum tranſiret. Penice urbs eſt Epiri: ibi prius collocutus rex cum Eropo: & Darda: & Philippo epirotarum prætoribus: poſtea cum. P. Sempronio congreditur. Affuit colloquio & Animander athamanum rex: & magiſtratus alii epirotatum & acarnanum. Primus Philippus prætor uerba fecit: & petiit ſimul ab rege & īperatore romano: ut finem belli facerent: darentq; eā epirotis ueniam. P. Sempronius condiciones pacis dixit: ut partheni: & Dimallum: & Bargulum: & Eugenium Romanorum eēnt. Atinthanias miſſus Romam legatus ad ſenatum īpetraſſe ut Macedonia cederet. In eas condiciones cum pax conueniſſet: ab rege fœderi aſcripti. Pruſia Bithyniæ: Achæi: Boetii: Theſſalia acarnanes epirotæ: ab romanis ilienſes: Attalus rex Pleuratus: Nabis lacedæmoniorum tyrannus: elei: meſſenii: athenienſes. Hæc conſcripta modo conſignataq; ſunt: & in duos menſes induciæ factæ: donec Romam mitterentur legati: ut populus ī has condiciones pacem iuberet: iuſſerūtq; omnes tribus: quia auerſo ī Africam bello oībus aliis ī præſentia leuari uolebant bellis. Sempronius pace facta ad conſulatum Romam deceſſit. P. Sempronio. M. Cornelio conſulibus: qntuſdecimus is annus punici belli erat: prouīciæ Cornelio Ethruria cum uetere exercitu. Sempronio Brutii ut nouas ſcriberet legiones decretæ. Prætoribus. M. Martio urbana. L. Scribonio Liboni peregrina & eidem Gallia. M. Pōponio Mathoni Sicilia. T. Claudio Neroni Sardinia euenit. P. Scipioni proconſuli cum eo exercitu cūq; ea claſſe: quam habebat: prorogatum ī annum īperium eſt: item. P. Licinio ut brutios cum duabus legionibus obtineret: quoad eum cum īperio ī prouīcia morari: conſuli e republica uiſum eſſet: &. M. Liuio: &. Sp. Lucretio cum binis legionibus: qbus aduerſus Magonem Galliæ præſidio fuiſſent: prorogatum īperium eſt: &. Gn. Octauio: ut cum Sardiniam legionemque. T. Claudio tradidiſſet: ipſe nauibus longis. xl. maritimam oram: qbus finibus ſenatus cenſuiſſet: tutaretur: M. Pomponio prætori ī Sicilia cannenſis exercitus duæ legiones decretæ ſunt. T. Quītius Tarentum. C. Hoſtilius Capuam proprætor ſicut priore anno cum uetere uterq; præſidio obtinerent. De Hiſpaniæ īperio quod ī eam prouinciam duos proconſules mitti placeret: latum ad populū eſt. Omnes tribus eoſdem. L. Cornelium Lentulum &. L. Manlium Accidinum proconſules ſicut priore anno tenuiſſent: obtinere eas prouīcias iuſſerunt. Conſules delectum habere īſtituerunt: & ad nouas ſcribendos ī brutios legiones: & īde cæterorum: ita enim iuſſi a ſenatu erant: exercituū ſupplementū: quāquā nondum aperte Africa prouīcia erat decreta: occultantibus: id credo: patribus ne præſciſcerent carthaginenſes: tamen ī eam ſpem erecta ciuitas erat: in Africa eo anno debellatū iri: finemq; bello punico adeſſe. Impleuerat ea res ſupſtitione aīos: proniq; & ad nuncianda: & ad credēda prodigia erāt. Ea plura uulgabātur: duos ſoles uiſos: & nocte īterluxiſſe: & facem ſtellæ ſepties ab ortu ſolis ad occidētem porrigi uiſam. Tarracinæ portā: Anagninæ portā: & multis locis murū de cælo tactū. In æde Iunonis Soſpite Lanuuini cū horrēdo fragore ſtrepitū æditū: eoꝝ procurādoꝝ cā diē unū ſupplicatio fuit: & nouēdiale ſacrum: quod de cælo lapidatū eſſet: factum.

Atē. ꝓdigia q̄dā ſeptiēs legūt q̄d oīo placet

Eo acceſſit conſultatio de matre Idæa accipienda: quā præterquam quod. M. Valerius unus ex legatis regreſſus actutum in Italia fore nunciauerat: recens nuncius aderat Tarracinæ iam eē. Haud paruæ rei iudicium ſenatum tenebat qui uir optimus in ciuitate eēt: ueram certe uictoriam eius rei ſibi qſque mallet: quam ulla imperia: honoreſue ſuffragio ſeu patrum: ſeu plebis delatos. Patreſconſcripti. P. Scipionem filium eius qui ī Hiſpania occiderat: adoleſcentem nondum quæſtoriū iudicauerunt ī tota ciuitate uirum optimum eſſe: Id qbus uirtutibus īducti ita iudicauerīt: ſicut traditum a proximis memoriæ temporum illorum ſcriptoribus libens poſteris tradiderim: ita eas opiniones coniectando rem uetuſtate obrutam non īterponā. P. Cornelius cum oībus matronis Oſtiam ire iuſſus obuiā deæ: iſq; eam de naue accipere: & ī terram elatam tradere referendam matronis: poſteaq̄ nauis ad hoſtiū amnis tyberini acceſſit: ſicut erat iuſſus: in ſalum naue euectus a ſacerdotibus eam acceſſit extulitq; ī terrā. Matronæ priores ciuitatis: īter quas unius Claudiæ Quītiæ īſigne eſt nomē: accepere: cui dubia: ut traditur antea fama clariorē ad poſteros tam religioſo miniſterio pudicitiam fecit. Et ꝑ manus ſuccedēteſ deīde aliæ aliis omni effuſa ciuitate obuiam: turibulis ante ianuā poſitis: qua perferebatur atq; accenſo ture: præcantibus ut uolens propiciaq; urbē Romā iniret: ī ædem uictoriæ: quæ eſt ī palatio: pertulere deam pridie idus Aprilis: iſq; dies feſtus fuit. Populus frequens dona deæ ī palatio tulit: lectiſterniumq; & ludi fuere: megalenſia appellata. Cum de ſupplemēto legionum ageretur: quæ ī prouīciis erant: tempus eſſe a quibuſdam ſenatoribus ſubiectū eſt: quæ dubiis ī rebus utcunq; tolerata eſſent: eo dempto iā tandem deū benignitate metu nō ultra pati. Erectis expectatione patribus ſubiecerunt: colonias latinas duodecim quæ. Q. Fabio: &. Q. Fuluio cōſulibus abnuiſſent: milites dare: eas annum iam ferme ſextū uacationem militiæ quaſi honoris cauſa & beneficii habere: cū interim boni obedienteſq; ſocii pro fide atq; obſequio imperii romani continuis omnium annoꝝ delectibus exhauſti eſſent. Sub hāc uocē no-

Actutū celeriter. P. Scipio naſica Ro. oīum optīus iudicatus Claudia Quītia

ta memoria magis patribus renouata rei prope iam oblite ratæ eſt quam irritata.Itaq; nihil prius re/ Nouū ī
ferre cõſules paſſi decreuere:ut conſules magiſtratus denoſq; pricipes Nepte:Sutrio:Ardea:Calibus:Al detre/
ba:Carſeolis:Sora:Sinueſſa:Setia:Cercæis:Narnia:Interamne:eæ nāq; coloniæ in ea cā erāt:Romā exci ctantes
rent:iis imperarēt:quātū quæq; earū coloniaꝝ militum plurimū dediſſet Po.Ro.ex quo hoſtes ī Italia militiā
eſſent:duplicatū eius ſummæ numerum peditum daret:& eqtes cētenos uicenos. Siqua earū numerū decretū
equitum explere nō poſſet:pro eqte uno tres pedites liceret dare pedites equiteſq; quā locupletiſſimi le
gerentur:mitterēturq; ubicunq; extra Italiā ſupplemento opus eſſet: ſiqui es iis recuſarēt: retineri eius
coloniæ magiſtratus legatoſq; placere neq; ſi poſtularēt:ſenatum dari:priuſquā īperata feciſſent.Stipē/
dium pterea iis coloniis.iii.millia æris aſſes ſingulos imperari exigiq; quotānis:cēſumq; in iis coloniis
agi ex formula ab romanis cēſoribus data.Dare autē placere eādem:quam Po.Ro.deferriq; Romā ab
iuratis cenſoribus coloniarum priuſquā magiſtratu abirent.Ex hoc.S.C.accitis Romā magiſtratibus
primoribuſq; earum coloniaꝝ:cõſules cū milites ſtipēdiūq; impaſſent:alii aliis magis recuſare ac recla
mare.Negare tantū militū effici poſſe:uix ſi ſimplū ex formula īperetur:enixuros orare atq; obſecrare:
ut ſibi ſenatū adire ac deprecari liceret:nihil:ſe quare perire merito deberēt:admiſiſſe : ſed ſi pereūdum
etiā foret:neq; ſuū delectū:neq; iram Po.Ro.ut plus militū darent:quā habēt:poſſe efficere.Cōſules ob
ſtinati manere legatos Romæ iubēt:magiſtratus ire domos ad delectus habēdos:niſi ſumma militū:
quæ imperata eēt:Romā adducta:neminē is ſenatū datuꝝ.Ita pciſa ſpe ſenatū adeundi depræcādiq; de
lectus ī iis.xii.coloniis per lōgam uacationē numero iunioꝝ aucto haud difficulter eſt ꝓfectus Altera
itidem res prope æque lōgo neglecta ſilētio relata a.M.Valerio Leuino ē:qui priuatis collatas pecunias
ſe ac.M.Claudio cōſule reddi tandem æquum eē dixit:nec mirari quēquam debere ī publica obligata
fide ſuā pcipuam curam eē:nam pterq̄ qđ aliqd ꝓprie ad cōſulem eius anni quo collatæ pecuniæ eēnt:
pertineret:etiam ſe auctorē ita cōferēdi fuiſſe ī iopia ærarii nec plebe ad tributū ſufficiēte . Grata ea pa/
tribus admonitio fuit:iuſſiſq; referre cōſulibus decreuerunt:ut tribus pēſionibus ea pecunia ſolueretur
primam pſentem ii qui tum eēnt:duas tertii & quīti cōſules numerarēt.Oēs deide alias curas una oc/
cupauit:poſteaquam locrēſium clades quæ ignotæ ad eam diē fuerāt:legatorum aduētu uulgatæ ſunt:
nec tam.Qu.Pleminii ſcelus quam Scipiōis in eo aut ambitio:aut negligentia iras hominum irritauit.
Decem legati locrēſium obſiti ſquallore & ſordibus ī comitio ſedētibus conſulibus:uelamēta ſupplicū
ramos oleæ:ut græcis mos eſt:porrigētes ante tribunal cū flebili uociferatiōe humi ꝓcubuerūt.Quæ/
rentibus cōſulibus locrēſes ſe dixerunt eē paſſos ea a.Q.Pleminio legato romaniſq; militibus:quæ pa/
ti ne carthaginēſes quidem uelit Po.Ro.rogare uti ſibi patres adeūdi deplorandiq; erumnas ſuas pote/
ſtatē facerent.Senatu dato:maxius natu ex iis Scio:īquit:quanti æſtimentur noſtræ apud uos querelæ
P.C.plurimū in eo momenti eē:ſi ꝓbe ſciatis & qūo proditi Locri Annibali ſint:& qūo pulſo Anniba/ Locren
lis pſidio reſtituti in dicionē ueſtrā:qppe ſi & culpa defectiōis procul a publico cōſilio abſit:& reditū in ſiū orō
ueſtrā dicionē appareat:nō uoluntate ſolū:ſed etiā ope ac uirtute noſtra magis indignemini bonis ac fi
delibus ſociis tam atroces atq; īdignas iniurias ab legato noſtro militibuſq; fieri.Sed ego cām utriuſq;
defectionis noſtræ in aliud tēpus differēdam arbitror eē duaꝝ reꝝ gratia:unius ut corā.P.Scipione : q
Locros recepit:quiq; oīum nobis recte pperamq; factoꝝ ē teſtis:agať:alterius qđ qualeſcunq; ſumus:
tamen hæc quæ paſſi ſumus:pati nō debuimus.Nō poſſimus diſſimulare.P.C.nos cū pſidiū punicū in
arce noſtra haberemus:multa fœda & indigna a præfecto pſidii Amilcare:& ab numidis afriſq; paſſos
eſſe:ſed qd illa ſunt collata cū iis:quæ hodie patimur? Cū bona uenia q̄ſo:audiatis.P.C.id qđ iuitus elo
quar.In diſcrimīe ē nunc humanū genus:utrū uos an carthaginēſes pricipes orbis terraꝝ uideātur:ſed
ſi ex iis quæ locrēſes:aut ab illis paſſi ſumus:aut a ueſtro pſidio nūc cū maxīe patimur : æſtimandū ro/
manum ac punicum īperium ſit:nemo nō illos ſibi quā uos domīos ꝓoptet:& tamē uidete quēadmo/
dum locrēſes ī uos aīati ſint:cū a carthaginēſibus iniurias multo mīores acciperemus:ad ueſtrū īpera/
torē confugimus:cū a ueſtro pſidio pluſq hoſtilia patiamur:nuſquā alio:quā ad uos q̄relas detulimus:
Aut uos reſpicietis pditas res nr̄as.P.C.aut ne ab diis qdem īmortalibus qđ pcemur:qcq̄ ſupereſt.Qu.
Pleminius legatus miſſus ē cum pſidio ad recipiēdos a carthaginēſibus Locros:& cū eodē ibi relictus ē
præſidio:ī hoc legato nr̄o:dant.n.aīum ad loquendū libere ultimæ miſeriæ:nec hoīs qcquā eſt patreſ/
conſcripti pter figurā & ſpeciē:neq; romani ciuis pter habitum ueſtitūq; & ſonum latīæ līgue:peſtis ac
bællua īmanis quales fretum quōdam:quo ab Sicilia diuidimur:ad perniciem nauigātiū circunſediſſe
fabulæ ferunt:ac ſi ſcelus libidinemq; & auariciam ſolus ipſe exercere ī ſocios ueſtros ſatis haberet:unā
profundam qdem uoraginē tamē patiētia noſtra expleremus.Nunc oēs cēturiones militeſque ueſtros
adeo ī promiſcuo licētiam atq; īprobitatē eē uoluit.Pleminios fecit:oēs rapiunt:ſpoliant:uerberāt: uul
nerant:occidunt:cōſtuprant matronas:ſiunt ī uirgīes īgenuos raptus ex cōplexu parentū:pueros quot
tidie capiť urbs noſtra:quottidie diripitur:dies nocteſq; paſſim oīa mulierū puerorumq;:q rapiuntur
atq; aſportantur:ploratibus ſonant.Miretur:q ſciat quomodo aut nos ad patiendū ſufficiamus:aut il/ Age li/
los:q faciunt nōdum tantaꝝ iniuriarū ſacietas ceperit:neq; ego exequi poſſum:nec uobis opus eſt audi ui oēſq;
re ſingula:q paſſi ſumus:cōmuniter oīa amplectar. Nego domum ullam Locris:nego quenquam ho/ eloq̄n/
minē expertē iniuriæ eē:nego ullū genus ſceleris libidinis ac auariciæ ſupeſſe:qđ in eoꝝ ullo:q pati po tiæ uirs
tuerit:prætermiſſum ſit:uix ratio iniri poteſt:uter caſus ciuitatis ſit deteſtabilior:cum hoſtes bello ur/ huc ꝑ/
bem cepere:an cum exitiabilis tyrannus ui atq; armis oppreſſit:omnia:quæ captæ urbes patiuntur:paſ fer
ſi ſumus:& cū maxime patimur patreſconſcripti oīa:quæ crudeliſſimi atq; īportuniſſimi tyrāni ſcele/

ra in oppreſſos ciues ædũt.Pleminius ĩ nos liberoſq; noſtros cõiugeſq; ædidit.Vnum eſt:de quo nomi
natim:& nos queri religio ĩfixa animis cogat:& uos audire & exoluere rempublicã ueſtrã religione:ſi
ita uobis uidebit̃:uelimus.P.C.uidimus enim cũ quãta cerimonia nõ ſolũ ueſtros colatis deos:ſed etiã
externos accipiatis. Fanũ eſt apud nos Proſerpinæ:de cuius ſanctitate tẽpli credo aliquã famã ad uos ꝑ/
ueniſſe Pyrrhi bello:q cũ ex Sicilia rediens Locros claſſe ꝑter ueheret̃:iter alia fœda:quæ propter fidem
noſtrã erga uos in ciuitatẽ noſtrã facinora ædidit:theſauros quoq; Proſerpinæ ĩtactos ad eã diẽ ſpolia/
uit:atq; ita pecunia ĩ naues ĩpoſita ipſe terra eſt ꝓfectus:Quid ergo euenit.p.c.?claſſis poſtero die fœdiſ
ſima tẽpeſtate lacerata:oẽſq; naues:quæ ſacrã pecuniã habebãt:in littora noſtra eiectæ ſunt:qua tãta cla

Proſer/ pinæ theſau/ ri

de edoctus tãdẽ deos eẽ ſupbiſſimus agnouit:rex pecuniãq; oẽm cõquiſitã in theſauros Proſerpinæ re/
ferri iuſſit:nec tamẽ illi:unquã poſtea ꝓſpere quicquã euenit:pulſuſq; Italia ignobili atq; ĩhoneſta mor
te temere nocte ingreſſus Argos occubuit.Hæc cũ audiſſet legatus noſter tribuniq; militũ & mille alia:
quæ nõ augẽdæ religionis cauſa ſed p̄ſentis deæ:numine ſæpe cõperta nobis maioribuſq; noſtris refe/
rebamus:auſi ſunt nihilominus ſacrilegas admouere manus ĩtactis illis theſauris:& nefanda ſeipſos ꝑ/
da ac domos contaminare ſuas:& milites ueſtros:qbus ꝑ uos fidemq; ueſtrã.p.c.priuſq̃ eoꝝ ſcelus ex/
pietis:neq; ĩ Italia:neq; ĩ Africa quicq̃ rei geſſeritis:ne quod piaculi cõmiſerunt nõ ſolum ſuo ſanguine:
ſed etiã publica clade luant:q̃q̃ ne nunc quidẽ.P.C.aut ĩ ducibus:aut ĩ militibus ueſtris ceſſat ira deæ:iã
aliquotiens iter ſe ſignis collatis cõcurrerunt:dux alterius partis Pleminius:alterius duo tribuni militũ
erant:nõ acrius cum carthaginẽſibus:quã ipſi iter ſe ferro dimicauerũt:p̄buiſſentq; occaſionem furore
ſuo Locros recipiẽdi Annibali:ni accitus a nobis Scipio iteruenifſet.At Hercule milites contactos ſacri
legio furor agitat:in ducibus ipſis puniẽdis nullũ deæ numen apparuit:imo ibi præſens maxime fuit:
uirgis cæſi tribuni ab legato ſunt:legatus deide inſidiis tribunoꝝ ĩterceptus:præterq̃ qđ toto corpore
laceratus:naſo quoq; auribuſq; deciſis exanguis ẽ relictus.Recreatus deide legatus ex uulneribus tribu
nos militũ in uincula cõiectos:deide uerberibus affectos ſeruilibuſq; oĩbus ſuppliciis trucidatos cruciã
do occidit:mortuos deide prohibuit ſepeliri.Has dea pœnas a tẽpli ſui ſpoliatoribus habet:nec ante de
ſinet omnibus eos agitare furiis:quã repoſita ſacra pecunia ĩ theſauris fuerit.Maiores quõdã noſtri gra
ui crotonenſiũ bello:quia extra urbẽ templum ẽ:transferre ĩ urbem eam pecuniã uoluerunt:nocte au/
dita ex delubro uox eſt:abſtinerẽt manus deã ſua templa defenſuram:qa mouẽdi ĩde theſauros incuſſa
erat religio:muro circundare tẽplum uoluerunt:Ad aliquantum iã altitudinis excitata erãt mœnia:cũ
ſubito collapſa ruina ſunt.Sed & nunc:& tũc:& ſæpe alias dea ſuã ſedem ſuumq; templum aut tutata ẽ
aut a uiolatoribus grauia piacula exegit:noſtras iniurias nec poteſt:nec poſſit alius ulſciſci quam uos.P.
C.Ad uos ueſtramq; fidẽ ſupplices confugimus:nihil noſtra intereſt:utrũ legato ſub illo p̄ſidio Locros
eſſe ſinatis:an irato Annibali & pœnis ad ſupplicium dedatis.Nõ poſtulamus:ut extemplo nobis de ab
ſente indicta cauſa credatis:ueniat:coram ipſe audiat:ipſe diluat:ſi quicquã ſceleris:quod homo in ho/
mines ædere poteſt:ĩ nos prætermiſit:nõ recuſamus:quin & nos oĩa eadem iterũ:ſi pati poſſumus:pa/
tiamur:& ille omni diuino humanoq; liberetur ſcelere.Hæc cũ a legatis dicta eſſent:quæſiſſetq; ab iis:
Qu.Fabius:detuliſſent ne eas querelas ad.P.Scipionem:reſpõderunt miſſos legatos eſſe:ſed eum belli
apparatu occupatũ eſſe:& ĩ Africam aut iam traieciſſe:aut poſt paucos dies traiectuꝝ:& legati gratiam:
quanta eſſet apud ĩperatorem:expertos eſſe:cum iter eum & tribunos cognita cauſa tribunos in uicu/
la coniecerit:legatũ æque ſontem aut magis etiã ĩ ea p̃tãte reliquerit.Iuſſis excedere extẽplo legatis non

Scipio ab ob/ trectato ribꝫ & ĩ p̄mis a fabio la ceratur

Pleminius modo:ſed ẽt Scipio pricipũ orationibus lacerari:ante omnes.Qu.Fabius natum eũ ad cor/
rumpendam diſciplinam militarem arguere.Sic & in Hiſpania plus prope ſeditione militum:quã bel/
lo amiſſum externo & regio more & indulgere licentiæ militum:& ſæuire in eos. Sententiam deinde
æque trucem orationi adiecit.Pleminium legatum uinctum Romam deportari placere:& ex uinculis
cauſam dicere:ac ſi uera forent:quæ locrenſes quererentur:in carcere necari:bonaque eius publicari.P.
Scipionem:quod de prouincia deceſſiſſet iniuſſu ſenatus:reuocari agiq; cum tri.ple.ut de imperio eius
abrogando ferrent ad populum.Locrenſibus coram ſenatum reſpondere quas ſibi iniurias factas que/
rerentur:eas neq; ſenatũ neq; Popu.Roma.uelle factas:uiros bonos ſocioſq; amicos eos appellari:libe/
ros:coniuges quæq; alia erepta eſſent:reſtitui:pecuniam:quanta ex theſauris Proſerpinæ ſublata eſſet:
conquiri:duplãq; pecuniã in theſauris reponi:& ſacrum piaculare fieri:ita ut prius quam ad collegium
pontificum referretur:quod ſacri theſauri moti aperti uiolatiq; eẽnt:quæ piacula quibus diis:quibus
hoſtiis fieri placeret:milites:qui locris eſſent:omnes in Siciliam tranſportari:quattuor cohortes ſocio/
rum latini nominis in præſidium Locros adduci.Prorogari eo die ſententiæ accenſis ſtudiis ꝓ Scipio/

Quæ ĩ Scipio/ nẽ iacta ta

ne:& aduerſus Scipionẽ non potuere propter Pleminii facinus locrenſiumq; cladem.Ipſius etiam im/
peratoris non romanus modo:ſed ne militaris quidem cultus iactabatur:cũ pallio crepidiſq; inambu/
lare in gymnaſio:libellis etiam eũ paleſtræq; operam dare:æque ſegniter molliterq; cohortẽ totã Syra
cuſarum amœnitate frui.Carthaginem atq; Annibalem excidiſſe de memoria:exercitum omnem li/
centia corruptum:qualis Sucrone in Hiſpania fuerit:qualis nunc Locris ſociis magis quã hoſti metuẽ/
dus.Hæc quãquã partim uera:partim mixta:eoq; ſimilia ueris iactabantur:uicit tamen.Q.Metelli ſen

Q.Me/ telli ſen tẽtia ꝓ Scipiõe

tentia:qui de cæteris maximo aſſenſu de Scipionis cauſa diſſenſit.Qui enim cõuenire:quem & modo
ciuitas iuuenẽ admodũ unum recuperandæ Hiſpaniæ delegerit:ducẽq; recepta ab hoſtibus Hiſpania
ad imponendũ punico bello finem creauerit:conſulem ſpe deſtinauerit Africam ſubacturum:Anniba
lem ex Italia detracturum:eum repẽte tanquam.Q.Pleminium in dicta cauſa prope damnatũ ex pro/

uincia reuocari:cũ ea:quæ ĩ ſe neſaria facta locrẽſes quererent̃:ne præſente quidẽ Scipiõe facta dicerẽt:
neq; aliud:quã patiẽtia aut pudor:quod legato pepercíſſet:ĩſimulari poſſet.Sibi placere.M.Pomponiũ
ꝑtorem:cui Sicilia prouĩcia ſorte eueniſſet:triduo ꝓximo ĩ prouĩciã ꝓficiſci:cõſulis decẽ legatos:quos
iis uideret̃ ex ſenatu legere:quos cum ꝑtore mitterẽt:& duos tri.ple.atq; ædilem: cũ eo conſilio cogno
ſcere ꝑtorem: ſi ea:quæ locrenſes facta q̃rerentur:iuſſu ac uoluntate Publii Scipionis facta eſſent: ut eũ
de prouincia decedere iuberent:ſi Publius Scipio iam in Africam traieciſſet:tribuni plebis atque ædilis
cum duobus legatis:quos maxime prætor idoneos cenſuiſſet:in Africam proficiſcerentur: tribuni: at/
que ædilis qui reducerent inde Scipionem: legati: qui exercitui præeſſent: donec nouus imperator ad
eum exercitum ueniſſet.Sin Marcus Pomponius & decem legati comperiſſent:neq; iuſſu:neq; uolun/
tate.P.Scipionis ea facta eſſe:ut ĩ exercitu Scipio maneret:bellumq;:ut propoſuiſſet:gereret.Hoc facto.
S.C.cũ tribunis plebis actum eſt:ut compararent inter ſe:aut ſorte legerent:qui duo cum ꝑtore ac lega/
tis irent.Ad collegiũ pontificum relatum de expiandis:quæ Locris ĩ tẽplo Proſerpinæ tacta uiolata ela
taq; inde eſſent:tribuni plebis cum prætore:& decẽ legatis ꝓfecti.M.Claudius Marcellus:&.M.Cicius Alio lo
Almintus ædilis plebis datus eſt:quẽ:ſi aut in Sicilia ꝑtoris dicto audiens nõ eſſet ſcipio:aut ĩ Africam co Cin/
traieciſſet: cõꝑhendere tribuni iuberẽt:ac iure ſacroſanctæ ꝑtãtis deducerẽt:prius Locros ire:quã Meſ/ ciũ ali/
ſanam conſiliũ erat.Cæteꝝ duplex fama eſt:qđ ad Pleminium attinet:alii auditis:q̃ Romæ acta eſſent mẽtũ le
in exilium Neapolin euntẽ forte in.Qu.Metellũ unum ex legatis incidiſſe:& ab eo Rhegiũ ui retractũ gere eſt
alii ab ipſo ſcipione legatũ cum.xxx.nobiliſſimis equitũ miſſum:q.Qu.Pleminium in cathænas:& cũ
eo ſeditionis principes coniicerent.Ii oẽs ſeu ante ſcipionis:ſeu tum ꝑtoris iuſſu traditi in cuſtodiã rhe/
ginis ſunt: prætor legatiq; Locros profecti primã:ſicuti mandatũ erat:religionis curam habuere:oẽm
.n.ſacram pecuniã:quæq; apud Pleminium:quæq; apud milites erat:conquiſitã cum ea:quã ipſi ſecun
attulerant:in theſauris repoſuerunt:ac piaculare ſacrũ ſecerunt.Tunc uocatos ad concionem milites ꝑ/
tor ſigna extra urbem efferre iubet:caſtraq; in cãpo locat:cum graui edicto:ſi qs miles aut in urbe reſti/
tiſſet:aut ſecum extuliſſet:quod ſuũ non eſſet:locrenſibus ſe ꝑmittere: ut quod ſuũ quiſq; cognoſceret
ꝑhenderet:ſiqd non cõpareret:repeteret:ante oĩa libera corpora placere ſine omni mora locrẽſibus re/
ſtitui:non leui defunctuꝝ pœna:qui non reſtituiſſet.Locrenſiũ deinde concionẽ habuit:atq; iis liberta
tem:legeſq; ſuas populũ romanum ſenatũq; reſtituere dixit.Si quis Pleminiũ:aliumue accuſare uelit.
Rhegiũ ſe ſequeret̃.Si de.P.Scipione plublice queri uellent:ea:quæ Locris nefarie ĩ deos hoĩeſq; facta
eſſent:iuſſu aut uoluntate.P.Scipionis facta eẽ:legatos mitterẽt Meſſanam:ibi ſe cum cõcilio cognitu/
rum.Locrẽſes prætori legatiſq; & ſenatui ac populo ro.gratias egere:ſe ad Pleminium accuſandum itu
ros:ſcipionẽ quãq̃ parum iniuriis ciuitatis ſuæ doluerit eum eẽ uirũ:quẽ amicum ſibi: quã inimicum
mallent eſſe:pro certo ſe habere:neq; iuſſu:neq; uolũtate.P.Scipionis tot tam nefanda cõmiſſa:ſed aut
Pleminio nimiũ:aut ſibi parum creditũ:aut natura inſitũ quibuſdam eẽ:ut magis peccare nolit:quam
ſatis animi ad uindicãda peccata hẽant.Et prætori:& concilio haud mediocre onus demptum erat de
Scipione cognoſcẽdi:Pleminiũ:& alios trigĩta hoĩes cum eo dãnauerũt:atq; in cathænis Romã miſe/ Atẽ.Sci
runt.Ipſi ad Scipionẽ ꝓfecti ſunt:ut ea quoq;:q̃ uulgata ſermonibus erãt de cultu ac deſidia ĩperatoris piõis cõ
ſolutaq; militiæ diſciplina cõperta oculis referrẽt Romã:uenientibus iis Syracuſas Scipio res non uerba ſiliũ ĩ ſe
ad purgãdũ ſe ꝑparauit:exercitũ oẽm eo cõuenire claſſem expediri iuſſit:tãq̃ dimicãdũ eo die terra ma/ purgan
riq; eẽt cũ carthaginẽſibus. Quo die uenerũt hoſpitio comiter accepti:poſtero die terreſtres naualeſq; do
xercitus non ĩſtructos mõ:ſed hos decurrentes claſſem ĩ portu ſimulacrũ & ipſam ædentẽ naualis pu/
gnæ oſtẽdit:tum circa armamẽtaria & horrea aliũq; belli apparatum uiſendum ꝑtor legatiq; ducti:tã/
taq; admiratio ſingulaꝝ uniuerſarũq; reꝝ ĩcuſſa:ut ſatis crederent aut illo duce:atq; exercitu uinci car/
thaginẽſem populũ:aut alio nullo poſſe:iuberẽt:qđ dii bene uerterẽt:traiicere:& ſpei cõceptæ quo die
illum oẽs cẽturiæ priorem cõſulẽ dixiſſent:primo quoq; tp̃e compotem Po.Ro.facerent:adeoq; lætis
inde animis profecti ſunt:tanquã uictoriam non belli magnificum apparatum nũciaturi romã eſſent.
Pleminius quiq; in eadem cauſa erant:poſteaq̃ Romã eſt uentum:extemplo in carcerem conditi:ac
primo ꝓducti ad populum ab tribũis apud præoccupatos locrẽſium clade aĩos:nullum miſericordiæ
locum habuerunt.Poſtea cum ſæpius producerentur:iam ſeneſcente ĩuidia moliebant̃ iræ:& ipſa de/
formitas Pleminii memoriaq; abſentis Scipionis facilius eos ad uulgum cõciliabat:mortuus eſt tamẽ
prius in uinculis:quam iudicium de eo populi perficeretur.Hũc Pleminium Clodius Licinius ĩ libro
tertio reꝝ romanaꝝ refert ludis uotiuis:quos romæ Africanus iterum conſul faciebat:conatũ ꝑ quoſ/
dam quos pretio corruperat:aliquot locis urbem ĩcendere:ut frangendi carceris fugiẽdiq; haberet oc/
caſionẽ:patefacto dein ſcelere:delegatum in Tullianũ ex.S.C.De Scipione nunquã niſi in ſenatu actũ:
ubi oẽs legatiq; & tribuni claſſem eam exercitum ducẽq; uerbis extollẽtes effecerunt: ut ſenatus cenſe
ret primo quoq; tẽpore in africam traiiciẽdum.Scipioniq; permitteretur:ut ex iis exercitibus: qui ĩ Si/
cilia eſſent:ipſi liceret:quos in africã ſecum traiiceret:quos prouinciæ relinqueret præſidio. Dum hæc
apud romanos gererentur:carthaginenſes quoq;:cum ſpeculis per promontoria omnia poſitis:ꝑcun/
ctantes pauenteſq; ad ſingulos nuncios ſollicitam hyemem egiſſent:haud paruum & ipſi tuẽdæ Afri/ Syphax
cæ momentũ adiecerunt ſocietatẽ Syphacis regis:cuius maxime fiducia traiecturum in Africã roma/ cũ car/
num crediderũt.Erat Aſdrubali Giſgonis filio nõ hoſpicium modo cum rege de quo ante dictum eſt tha.fœ/
cũ ex Hiſpania forte in idẽ tẽpus Scipio atq; Aſdrubal conuenere:ſed mẽtio quoq; ĩchoatæ affinitatis dus per
ut rex duceret filiã Aſdrubalis.Ad eã rẽ cõſumandam tẽpuſq; nuptiis ſtatuẽdum:iam enim & nubilis cutit

erat uirgo:profectus Aſdrubal ut accēſum cupiditate & ſunt ante oēs barbaros numidæ effuſi in uene
rem:ſenſit:uirginē ab Carthagīe accerſit: maturtaqꝫ nuptias:& īter aliā gratulationē:ut publicū quoqꝫ
fœdus priuato adiiceretur:ſocietas īter populū carthaginenſem regemqꝫ data ultro citroqꝫ fide: eoſdē
amicos inimicoſqꝫ habituros iureiurādo affirmāt. Cæteꝝ Aſdrubal memor & cū Scipione initæ regiæ
ſocietatis & quā uana & mutabilia barbaroꝝ īgenia eſſent:ueritus:ne ſi traiiceret ī Africā Scipio:paruū
uinculū eæ nuptiæ eſſent:dū accenſum recenti amore numidā habet:ꝑpellit blāditiis quoqꝫ puellæ ad-
hibitis:ut legatos ī Siciliā ad Scipionē mittat:ꝑ quos moneat:ne prioribus ſuis ꝓmiſſis frætus ī Africā
traiiciat:ſe & nuptiis ciuis Carthaginēſis filiæ Aſdrubalis:quem uiderit apud ſe ī hoſpitio:& publico ēt
fœdere cum populo carthaginenſi iunctū:hortari primum ut procul ab Africa:ſicut adhuc fecerit:bel-
lum romani cū carthaginenſibus gerant:nec ſibiītereſſe certaminibus eoꝝ:armaqꝫ aut:hæc aut illa ab
nuentem alterā ſocietatem ſeq neceſſe ſit:ſi non abſtineat Africa Scipio:& Carthagini exercitū admo-
ueat:ſibi neceſſariū fore & pro patria Africa:in qua & ipſe ſit genitus:& pro patria coniungis ſuæ:proqꝫ
parente atqꝫ penatibus dimicare. Cum ī his mādatis ab rege legati ad Scipionem miſſi ſyracuſis eum
conuenerunt. Scipio quāq̄ magno momēto reꝝ in Africa gerendaꝝ:magnaqꝫ ſpe deſtitutus erat:lega-
tis propere:priuſq̄ res uulgaretur:remiſſis in Africā litteras dat ad regē:quibus etiā atqꝫ ēt monet eum
ne iura hoſpitii ſecum:neu cū populo Ro. initæ ſocietatis:neu fas:fidē:dextras:deos teſtes atqꝫ arbitros
conuentoꝝ fallat. Cæterū q̄do neqꝫ celari aduentus numidaꝝ poterat:uagati.n. in urbe obuerſatiqꝫ ꝑ-
torio erant:& ſileretur quid petentes ueniſſent:periculum erat:ne uera eo ipſo:quo celarent̄:ſua ſpon-
te magis emanerēt:timorqꝫ ī exercitū īcideret:ne ſimul cum rege & carthaginenſibus foret bellandum
auertit a uero falſis elicitas ꝑoccupando mentes hoīum:& uocatis ad concionē militibus:non ultra eſſe
cunctandum ait:īſtare ut in Africā quāprimū traiiciat:ſocios reges. Maſiniſſam ipm prius ad Lællium

Att. Scipiōis cō ſiliū ī celāda Syphacis dfectione

ueniſſe ꝗrentē quod cunctādo tp̄s tereret̄:nunc Syphacē mittere legatos iam admirantem: quæ tam
diuturnæ moræ ſit cā: poſtulantēqꝫ: ut aut traiiciat̄ tādē in Africā exercitus:aut ſi mutata conſilia ſint
certior fiat:ut & ipſe ſibi:& regno ſuo poſſet conſulere. Itaqꝫ iā ſatis oībus īſtructis apparatiſqꝫ:& re iam
non ultra recipiente conctationē in aīo ſibi eſſe Lilybæū claſſe traducta eodemqꝫ oībus peditū equitūqꝫ
copiis contractis:q̄ prima dies curſum nauibus daret:deis bene iuuantibus in Africā traiicere. Litteras
ad. M. Pomponiū mittit:ut:ſi ei uideret̄. Lilybæū ueniret:ut cōiter conſulerent:quas potiſſimū legiōes
& quantū militum numeꝝ in Africā traiiceret. Item circū orā maritimā miſit:ut naues onerariæ com
præhenſæ Lilybæū oēs contraherēt̄. Quicquid militū nauiumqꝫ ī ſicilia erat:cū Lilybæū conueniſſet:
& nec urbs multitudinē hoīum:nec portus naues caperet:tantus oībus ardor erat in Africā traiiciēdi:
ut non ad bellū duci uiderent̄:ſed ad certa uictoriæ præmia:ꝑcipue qui ſuperabant ex cānenſi exercitu
milites: illo non alio duce credebant nauata reipublicæ opera finire ſe militiā ignominioſam poſſe. Et

Legiōes ex ſex millib; peditū & amplius

Scipio minus id genus militū aſpernabatur:ut q neqꝫ ad Cānas ignauia eoꝝ cladē acceptam ſciret:neqꝫ
ullos milites æque ueteres in exercitu romano eſſe expertoſqꝫ non uariis præliis modo: ſed ī urbibus
ēt oppugnādis. Quinta & ſexta cānenſes erāt legiones:eas ſe traiecturum in Africam:cum dixiſſet: ſin-
gulos milites īſpexit:relictiſqꝫ:quos nō idoneos credebat:in locum eoꝝ ſubiecit:quos ſecū ex Italia acci
uerat:ſuppleuitqꝫ ita eas legiones:ut ſingula ſenamillia & ducenos pedites trecenos haberent eqtes: ſo-
cioꝝ item latini noīs pedites eqteſqꝫ de exercitu cānenſi legit. Quātum militū in Africā trāſportatū ſit.
nō paruo numero īter auctores diſcrepat. Alibi decēmillia peditum:duomillia & ducentos eqtes: alibi
xv. millia peditū:mille & qngentos eqtes:alibi paꝝ plus dimidio:rem auctam. v. &. xxx. millia peditum
equitūqꝫ in naues īpoſita:qdam nō adiecere numeꝝ:īter quos me ipſe in re dubia poni malui. Cælius
ut abſtinet numero:ita ad īmenſum multitudinis ſpeciē auget:uolucres ad terrā delapſas clamore mi-
litum ait:tātamqꝫ multitudinē cōſcendiſſe naues:ut nemo mortaliū:aut in Italia: aut in Sicilia reliqui
uideret̄. Milites ut ī naues ordīe ac ſine tumultu cōſcenderēt:ipſe eam ſibi curam ſumpſit:nauticos. C.

Aues ad terrā clamorē delapſæ

Lællius:q claſſis p̄fectus erat ī naues ante cōſcendere coactos cōtinuit:cōmeatus īponēdi. M. Pōponio
p̄tori curam dat. v. &. xl. dieꝝ cibaria: e qbus. xv. dieꝝ cocta īpoſita. Vt oēs iam in nauibus erāt:ſcaphas
circūmiſit:ut ex oībus nauibus gubernatores:& magiſtri nauiū:& bini milites in foꝝ cōuenirēt ad im
peria accipiēda. Poſteaquā cōuenerunt:primū ab iis q̄ſiuit:ſi aquā hoībus iumētiſqꝫ neceſſariā in totidē
dies quot frumētum īpoſuiſſent:ubi reſpōſum eſt aquā dieꝝ. v. &. xl. in nauibus eē:tum edixit militi-
bus:ut ſilētium qeti nautis ſine certamine ad miniſteria exequēda bene obediētes p̄ſtarēt. Cum. xx. ro-
ſtratis ſe ac. L. Scipionē a dextero cornu ab leuo totidē roſtratas:&. C. Lælliū p̄fectū claſſis cum. M. Por
tio Catone:q̄ſtor is tum erat:onerariis futuꝝ p̄ſidiū:Lumina in nauibus ſingula roſtratæ:bine onera-
riæ haberēt:in p̄toria naue īſigne nocturnū trium luminū fore. Emporia ut peterēt: gubernatoribus
edixit:fertiliſſimus ager eoqꝫ abundās omni copia reꝝ eſt regio:& ībelles (q̄d plerunqꝫ euenit in ubere
agro) barbari ſunt prius quoqꝫ quā a Carthagine ſubueniret̄:opprimi uidebant̄ poſſe. Is æditis īperiis
redire ad naues iuſſi:& poſtero die:diis bene iuuātibus:ſigno dato ſoluere naues. Multæ claſſes roma-
næ e Sicilia atqꝫ ipſo illo portu ꝓfectæ erāt:cæteꝝ nō eo bello ſolū:nec id mirū:p̄datum.n. tantūmodo
plæræqꝫ claſſes ierāt:ſed ne prior qdē ulla ꝓfectio tanti ſpectaculi fuit:q̄q̄ ſi multitudine claſſis æſtima
ret̄:& bini cōſules cū binis exercitibus ante traiecerāt:& ꝓpe totidem roſtratæ in illis claſſibus fuerant
quot onerariis Scipio tum traiiciebat. Nam p̄ter. xl. naues longas:quadrigentis ferme onerariis exerci-
tum trāſuexit:ſed & bellū bello:ſecūdum priore:ut atrocius romanis uideret̄:tum q̄d ī Italia bellabat̄:
tum q̄d īgētes ſtrages tot exercituū:ſimul cæſis ducibus effecerāt:& Scipio dux partim factis fortibus:

partim ſuapte fortuna q̃dā īgēti ad īcremēta gloriæ celebratus cōuerterat aīos:ſimul & mens ipſa traii
ciēdi nulli ante eo bello duci tēptata:q̄d ad Annibalē detrahēdum ex Italia tráſſerēdūq; & finiēdum in
Africa bellum trāſire uulgauerat. Cōcurrebat ad ſpectaculū in portu oīs turba nō habitātium mō Lily
bæi:ſed legationū oīum ex Sicilia:q̃ ad ꝓſequēdum Scipionē officii cā cōuenerāt:& p̄torē ꝓuinciæ.M.
Pōponiū ſecutæ fuerāt. Ad hoc legiones:q̃ in Sicilia relīquebant̄:ad ꝓſequēdos cōmilitones ꝓceſſerāt
nec claſſis modo ꝓſpectantibus ē terra:ſed terra:oīs circa referta turba ſpectaculo nauigantibus erat. Att̄.Sci

Vbi illuxit Scipio e p̄toria naue:ſilētio p̄ præconem facto:dii deæq;:inq̄t:maria terraſq; q̄ colitis uos pionis
p̄cor quæſoq;:uti q̄ ī meo īperio geſta ſunt:& gerunt̄:poſtq; gerent̄:ea mihi populoq; & plebi romāæ p̄catio/
ſociis nominiq; latino:q̄ populum romanū:quiq; meam ſectā īperiū auſpiciūq; terra mari amnibuſq; nē ſub
ſequūt̄: bene uertāt:eaq; uos oīa bene iuuetis:bonis auctoribus adſitis:ſaluos īcolumeſq;:uictis p̄dulli/ īpm di/
bus:uictores ſpoliis decoratos:præda onuſtos:triūphāteſq; mecū domos reduces ſiſtatis: inimicorum greſſū
hoſtiumq; ulciſcendoꝝ copiam faxitis:quæq; populus carthaginēſis in ciuitatē noſtrā facere molitus
eſt:ea ut mihi Po.q; Ro.in ciuitatem carthaginēſium exēpla ædendi facultatē detis. Secūdum has præ
ces cruda exta cæſam uictimā:uti mos eſt:in mare proiecit:tubaq; ſignū dedit proficiſcēdi. Vento ſecū/
do ſatis uæhemēti profecti:celeriter e conſpectu terræ ablati ſunt:& a meridie nebula occœperat:ita ut
uix cōcurſus nauium īter ſe uitarēt:lenior uentus in alto factus noctem īſequētem eadem caligo obti/
nuit:ſole orto diſcuſſā ē & addita uis uentoꝝ. Iam terrā cernebāt:haud ita multo poſt. T. Poſthumius
gubernator Scipioni ait:non plus quiq; milia paſſuum Africā abeſſe:Mercurii promontorium ſe cer/
nere:ſi iubeat eo dirigi:iam in portu fore oēm claſſem. Scipio:ut in conſpectu terra fuit:præcatus deos
uti bono reipublicæ ſuoq; Africā uiderit:dare uela:& alium īfra nauibus acceſſum iubet petere: & uen
to eodem ferebantur:cæterum nebula ſub idem ferme tempus:quo pridie exorta: conſpectum terræ
ademit:& uentus p̄mente nebula cecidit:nox deīde īcertiora oīa fecit. Itaq; anchoras ne aut īter ſe con/
currerent naues:aut terræ īferretur:iecere. Vbi illuxit:uentus idem coortus nebula diſiecta aperuit oīa
littora Africæ. Scipio quod eēt proximum ꝓmōtoriū p̄cunctatus:cum promontorium Pulchri id uo
cari audiſſet:placet omen: inquit:huc dirigite naues:& claſſis decurrit:copiæq; omnes ī terram expo/
ſitæ ſunt. Proſperam nauigationem ſine terrore ac tumultu p̄multis græcis latiniſq; auctoribus credi/
di. Cælius unus p̄terquam:quod non merſas fluctibus naues cæteros oēs celeſtes maritimoſq; terro/
res:poſtremo abreptā tēpeſtate ab Africa claſſem ad īſulā Egimurū:īde ægre correptū curſum expōit: Varia d̄
& ꝓpe obrutis nauibus iniuſſu imp̄atoris:ſcaphis haud ſecus quā naufragos milites ſine armis cū īgēti ſcipiōis
tumultu in terra euaſiſſe. Expoſitis:copiis:romani caſtra in proximis tumulis mœtātur:iam non ī ma curſu ī
ritimos modo agros cūſpectu primum claſſis: deīde tumultu egrediētium ī terrā pauor terrorq; per/ Africā
uenerat:ſed ī ipſas urbes:neq;.n.hoīum modo turba mulieꝝ puerorumq; agminibus īmixta oēs paſ/ auctoꝝ
ſim compleuerat uias:ſed pecora quoq; præ ſe agreſtes agebāt ut relinqui ſupito Africam diceres:urbi/ opinio
bus ipſis maiorē:quam quē ſecū attulerant terrorem īferebant:præcipue Carthagini ꝓpe ut capte tu/
multus fuit. Nam poſt.M. Attilium Regulū:&.L. Manliū conſules annis ꝓpe.l.nullum romanū exer/
citum uiderant:præter prædatorias claſſes:quibus deſcēſiones ī agros maritimos factæ erant:raptiſq;:
quæ obuia ſors fecerat:prius recurſum ſemp̄ ad naues:quā clamor agreſtis conciret: fuerat. Eo maior
tum fuga pauorq; in urbe fuit:& hercule neq; exercitus domi ualidus:neq; dux: quē opponerent:erat
Aſdrubal Giſgonis filius genere fama diuitiis:regia tum etiam affinitate lōge primus ciuitatis erat: ſed
eū ab illo ipſo Scipiōe aliquot p̄liis fuſum pulſumq; ī Hiſpania meminerāt:nec magis ducē duci parē:q̃
tumultuariū exercitum ſuum romano exercitui eſſe. Itaq; uelut ſi urbē extēplo Scipio aggreſſurus fo/
ret:ita ad arma eſt conclamatū:portæq; rapti clauſæ:& armati in muris: uigiliæq; & ſtationes diſpoſi/
tæ:ac nocte īſequēti uigilatum ē. Poſtero die quīgēti eq̄tes p̄ſeculatum ad mare turbandoſq; egrediētes
ex nauibus miſſi ī ſtationes romanorum īciderūt. Iam.n. Scipio:claſſe Vticā miſſā ipſe haud ita multū
progreſſus a mari tumulos proximos ceperat: & eq̄tes ī ſtationes locis idoneis poſuerat & per agros
miſerat p̄datum:ii cum carthaginēſi eq̄tatu p̄lium cum cōmiſiſſent:paucos ī ipſo certamīe pleroſq; fu
giētes p̄ſecuti:ī q̄bus præfectum quoq; Hannonē nobilē iuuenem occiderūt. Scipio non agros modo
circa uaſtauit:ſed urbē ēt proximam afrorū ſatis opulētam cœpit:ubi p̄ter cætera: quæ extēplo ī naues
onerarias īpoſita miſſāq; ī Siciliam erāt:octomillia liberorū ſeruorumq; capitū ſunt capta Lætiſſimus
tamē romanis ī p̄īcipio rerum gerēdarum aduentus fuit Maſiniſſæ: quē q̄dā cum.cc.haud amplius
eq̄tibus:plæriq;:cū duorum milliū eq̄tatu tradūt ueniſſe:cæterum cū lōge maximus oīum ætatis ſuæ
regū hic fuerit:plurimūq; rē romanā iuuerit:operæp̄tiū uī excedere paululū ad enarrādum:q̃ uaria for Salerā
tuna uſus ſit ī amittēdo recupandoq; paterno regno. Militāte eo ꝓ carthaginēſibus ī Hiſpania pr̄ eius urbē eā
moritur Galæ nomē erat:regnum a fratrē regis Deſalcē p̄grādē natu (mos ita apud numidas ē) pueīt. fuiſſe
Haud multo poſt. Deſalce quoq; mortuo:maior ex quobus filiis Capuſa puero admodū altero p̄nū puto cu
īperium accepit cæteꝝ cū magis iure gētis:q̄ auctoritate īter ſuos aut uiribus obtineret regnum:extitit ius po/
q̄dam Mezetullus noīe nō alienus ſanguine regibus familiæ ſemp̄ inimicæ:ad de īperio uaria fortuna ſtea me
cum iis:q̄ tū obtinebāt certātis is:concitatis popularibus:apud quos īuidia regum magnæ auctoritatis minit
erat:caſtris palam poſitis:deſcēdere regē ī aciē:ac dimicare de regno coegit:ī eo p̄lio Capuſa cum mul/
tis p̄īcipū cecidit. Gēs maſſuloꝝ oīs in ditionē:īperiūq; Mezetulli cōceſſit:regio tamē noīe abſtinuit:
contentuſq; noīe modico tutoris pueꝝ Lacumacē:q̄ ſtirpis regiæ ſuperat:regē appellat: carthaginem
ſem nobilē fœminā ſororis filiā Annibalis:q̃ ꝓximæ Deſalci regi nupta fuerat:ī m̄rimonio ſibi cōiun

git ſpe carthagineſiū ſocietatis:& cū Syphace hoſpitiū uetuſtū legatis miſſis renouat:oĩa ea auxilia ꝑpa
rauit aduerſus Maſiniſſam:& Maſiniſſa audita morte patrui deĩde nece fratris patruelis ex Hiſpania ĩ
Mauritaniā (Bocchar ea tēpeſtate rex mauroꝝ erat) traiecit. Ab eo ſupplex ĩfimis ꝓcibus auxiliū itineri
quoniā bello nō poterat.iiii.millia maurorū ĩpetrauit. Cū iis ꝓmiſſo nūcio ad p̄nos ſuoſq; amicos:cū
ad fines regni perueniſſet:quīgenti ferme numidæ ad eū cōuenerūt. Igiť mauris ĩde ſicut conuenerat:
retro ad regē remiſſis:q̃q̃ aliquāto minor ſpe multitudo:nec cū q̃ tātam rē aggredi ſatis auderet:ratus
augēdo ac moliēdo uires quoq; ad agēdū aliq̃d collectuꝝ:ꝓficiſcenti ad Syphacē Lacumaci regulo ad

*Maſiniſſæ uictoria ĩ mezetullum*

Tapſum occurrit trepidū agmē cum ĩ urbē refugiſſet:urbē Maſiniſſa primo ĩpetu capit ex regiis alios
tradētes ſe recepit: alios uim parātes occidit:pars maxima cū ipſo puero inter tumultū ad Syphacem
quo primū ĩtenderat iter:ꝑuenerūt. Fama huiuſcemodi rei ĩ pricipio rerum ꝓſperæ actæ conuertit ad
Maſiniſſam numidas:affluebātq; undiq; ex agris uiciſq; ueteres milites Galæ:incitabantq; iuuenē ad
recupandū p̄nū regnū:numero militū aliq̃tum Mezetullus ſupabat:nā & ipſe cū exercitu:quo Capu/
ſam uicerat:& ex receptis poſt cædē regis aliquot habebat:& puer Lacumaces a Syphace auxilia ingen/
tia adduxerat.xv.millitia peditū.Mezetullo.x.millia equitū erāt:qbus cū Maſiniſſa nequaq̃ tātū peditū
eq̃tumue habēs acie cōflixit:uicit tamē & ueteꝝ militū uirtus:& prudētia ĩter romana & punica arma
exercitati ducis. Regulus cū tutore & exigua maſſuloꝝ manu in carthaginēſiū agꝝ ꝓfugit. Ita recupa/
to r̄gno p̄no Maſiniſſa:qa ſibi aduerſus Syphacē haud paulo maiorē reſtare dimicationē cernebat op
timū ratus cū fratre patruele gratiam recōciliare:miſſis q & ſpē puero facerēt:ſi ĩfidē Maſiniſſæ ſeſe ꝑ/
miſiſſet futuꝝ:eū in eodē honore:quo apud Galā & Deſalcē quondam fuiſſet:& q Mezetullo prætor
ĩpunitatem ſua oĩa cū fide reſtitui reſponderēt:ambo ꝑoptātes exilio modicā domi fortunā: oĩa:ne id
ieret:carthaginēſibus de ĩduſtria agentibus ad ſeſe perduxit. Aſdrubal tū forte:cū hæc gerebātur:apd̄
Syphacē erat:q numidæ haud ſane multū ad ſe pertinere credēti utꝝ penes Lacumacē:an Maſiniſſam
regnū maſſuloꝝ eſſet:falli eū magnōpe ait ſi Maſiniſſam eiſdē cōtētum fore:qbus p̄rem Galā aut pa/
truū eius Deſalcē credat:multo maiorē indolem ĩ eo animi ingeniiq; eſſe:q̃ in ullo gētis eius unq̃ fuiſ/
ſet:ſæpe eum ĩ Hiſpania raræ ĩter hoĩes uirtutis ſpecimem dediſſe ſociis pariter hoſtibuſq;:& Syphacē
& carthaginēſes:niſi orientē illum ignē oppreſſiſſent:ingēti mox incendio:cū iam nullā opē ferre poſ/
ſent:arſuros adhuc teneras & fragiles eius uires eſſe:uixdū coaleſcere fouenti regnū. Inſtando ſimulā/
doq; peruicit:ut exercitū ad fines maſſuloꝝ admoeueat:atq; in agro:de quo ſæpe cum Gala nō uerbis
mō diſceptatū:ſed ēt armis certatū fuerat:tāq̃ haud dubie iuris ſui caſtra locet:ſiqs arceat:qd' maxime
opus ſit:acie dimicatuꝝ:ſin ꝑ metū agro cedatur:in regnū mediū eundū:aut ſine certamīe cōceſſuros

*Quæ ſit pecunia & opes maſſulis*

in ditionem eius maſſulos:aut nequaquā pares futuros armis. His uocibus incitatus Syphax Maſiniſ/
ſæ bellum infert:& primo certamīe maſſulos fundit fugatq;. Maſiniſſa cum paucis equitibus in mon
tē (Balbū ĩcolæ uocāt) ꝓfugit:familiæ aliquot cū mapalibus pecoribuſq; ſuis (ea pecunia illis ē) ꝓſecuti
ſunt regē:cætera maſſuloꝝ multitudo in ditionē Syphacis cōceſſit. Quē ceperant exules montē herbi
dus aquoſuſq; eſt:qa pecori bonus alēdo erat:hoĩum quoq; carne ac lacte ueſcentiū abunde ſufficiebat
alimētis. Inde nocturnis primo ac furtiuis ĩcurſionibus:deĩde apto latrocinio ĩfeſta oĩa circa eē: maxīe
uri carthaginenſiū ager: qa & plus ꝓdæ quā ĩter numidas & latrociniū tutius erat. Iāq; adeo licēter elu/
debāt:ut ad mare deuectā ꝓdā uænderēt mercatoribus appellētibus naues ad idipſum: pluresq; quam
iuſto ſæpe in ꝓlio carthaginēſes cæderēť caperēturq;. Deplorabāt ea apud Syphacem carthaginēſes:in/
fenſumq; & ipm̄ ad reliq̃s belli ꝓſequēdas ĩſtigabant:ſed uix regiū uidebať latronē uagū in mōtibus
cōſectari: Bocchar ex ꝓfectis regiis uir acer & ĩpiger ad id delectus:ei q̃ttuormillia peditū data: duo eq/
tum:ꝓmiorūq; ĩgēti ſpe oneratus:ſi caput Maſiniſſæ retuliſſet:aut uiuū (id uero inæſtimabile gaudiū
fore) cepiſſet. Is palatos ĩcurioſeq; agētes ĩprouiſo adortus:pecoꝝ atq; hoĩum ingēti multitudine a ꝓſi/
dio armatoꝝ excluſa. Maſiniſſam ipm̄ cum paucis ĩ uerticem mōtis compellit. Inde ꝓpe iam ut debel

*Atť. q̃ ꝑicula Maſiniſſa adierit*

lato:nec ꝓda mō pecoꝝ hoĩumq; captoꝝ miſſa ad regem ſed copiis ēt aliquāto maioribus: quā ꝓ reli/
quiis belli remiſſis:cum q̃ngentis haud amplius peditibus degreſſum iugis Maſiniſſam ꝓſecutus ĩ ual
le arta faucibus utrinq; obſeſſis incluſit:ibi ingens cædes maſſuloꝝ facta. Maſiniſſa cū.l.haud amplius
eq̃tibus ꝑ anfractus mōtis ignotos ſequētibus ſeſe arripuit:tenuit tamē ueſtigia Bocchar:adeptuſq; eū
patētibus cāpis ꝓpe Clupeam urbem circūuenit:ut ꝑter q̃ttuor eq̃tes oēs ad unum ĩ terficeret:cum iis
ipſum quoq; Maſiniſſam ſaucium ꝓpe e manibus inter tumultum amiſit:in cōſpectu erant fugiētes
alæ eq̃tum diſperſæ lato campo:qbuſdā ut occurrerēt ꝑ obliqua tendentibus. Quacūq; hoſtes ſeq̃bāt:
aĩs ingēs fugiētes accepit:neq;.n.cūctanter:ut quos maior metus urgeret:imiſerāt equos:raptiq; gur/
gite & in obliquū relati:duobus in ꝑruptū gurgitē in cōſpectu hoſtiū ipe periſſe creditus: ac duo reliq̃
equites cum eo uirgulta ulterioris ripæ tenuerūt. Is finis Bocchari fuit ſequēdi:nec ĩgredi flumē auſo:
nec h̄re credēti ſe iam quē ſequereť:inde uanus auctor abſumpti Maſiniſſæ ad regē rediit:miſſiq; q car/
thaginem gaudiū ingēs nūciarent:totaq; Africa fama mortis Maſiniſſæ repleta:uariæ animos affecit.
Maſiniſſa in ſpelunca occulta cum herbis curaret uulnus:duoꝝ eq̃tū latrocinio per dies aliquot uixit:
ubi primū ducta cicatrix patiq; poſſe eſt uiſa iactationē:audacia ĩgēti pergit ire ad regnum repetēdum
atq; in ipſo itinere haud plus.xl.eq̃tibus collectis cum in maſſulos palam iam qs eſſet ferens ueniſſet:
tātum motum cum fauore priſtino tum gaudio inſperato quod quem periſſe crediderāt:incolumem
cernebant:fecit:ut intra paucos dies ſexmillia peditum armatoꝝ:quattuor eq̃tum cōuenirent. Iamq;
non in poſſeſſione modo paterni regni eēt:ſed ēt ſocios carthaginenſium populos: maſſulorūq; fines

(id Syphacis regnũ erat) uaſtaret. Inde irritato ad bellum Syphace: iter Cirtham Hipponemq; in iugis opportunorum ad oĩa montium cõſedit. Maiorẽ igitur eam rẽ iã Syphax rex ratus: q̃ ut per pfectũ ageret: cũ filio iuuene (nomen Verminæ erat) parte Miſſa exercitus ĩperat: ut circunducto agmine in ſe ĩtẽtum hoſtẽ ab tergo inuadat. Nocte profectus Vermina: qui ex occulto aggreſſurus eum erat. Syphax autem interdiu aperto itinere: ut qui ſignis collatis acie dimicaturus eſſet: mouet caſtra. Vbi primo tẽpus uiſum eſt: quo perueniſſe iã circũmiſſi uideri poterant & ipſe leui cliuo ferente ad hoſtẽ tũ multitudine frætus: tũ præparatis a tergo ĩſidiis per aduerſum montẽ erectã aciẽ ducit Maſiniſſa fiducia maxĩe loci quo multo æquiore pugnaturus erat: & ipſe dirigit ſuos. Atrox prælium & diu anceps fuit loco & uirtute militũ Maſiniſſãm multitudine: quæ nimio maior erat Syphacẽ iuuante. Ea multitudo diuiſa cũ pars a frõte urgeret: pars a tergo ſe circũfudiſſet: uictoriã haud dubiam Syphaci dedit: & nec effugiũ quidem patebat hĩc a fronte: hinc a tergo incluſis. Itaq; cæteri pedites equiteſq; cæſi aut capti ducentos ferme equites Maſiniſſã circa ſe conglobatos diuiſoſq; turmatim in tris partes erumpere iubet: loco pdicto: ĩ quẽ ex diſſipata conuenirẽt fuga: ipẽ: quã intenderat: iter media tæla hoſtiũ euadit. Duæ turmæ hæſere: altera metu dedita hoſti: altera ptinacior in repugnãdo tælis obruta & confixa ẽ Verminã ppe ueſtigiis inſtantem in alia atq; alia flectendo itinera ludẽs tedio & deſperatiõe tãdem feſſum abſiſtere a ſequendo coegit. Ipſe cum .lxx. equitibus ad minorẽ Syrtim peruenit: ibi cũ cõſciẽtia egregia ſæpe repetiti regni paterni iter punica emporia: gentẽq; garamãtũ omne tẽpus uſq; ad. C. Lælii claſſiſq; romanæ aduẽtũ in Africam conſumpſit. Hæc aium ĩclinant: ut cum modico potius q̃ cũ magno pſidio equitũ ad ſcipionem quoq; poſtea ueniſſe Maſiniſſam credã qppe illa regnãti multitudo hæc paucitas exulis fortunæ conueniens eſt: carthaginenſes ala equitũ cum præfecto amiſſa alioq; eqtatu per nouũ delectũ comparato. Hãnonem Amilcaris filium præficiunt. Aſdrubalẽ ſubinde ac Syphacẽ p litteras nũcioſq;: poſtremo etiam p legatos accerſunt. Aſdrubalẽ opẽ ferre circunſeſſæ patriæ iubent. Syphacẽ orant: ut carthagini: & uniuerſe Africæ ſubueniat. Ad uticã tũ caſtra ſcipio ferme mille paſſus ab urbe habebat trãſlata a mari: ubi paucos dies ſtatiua coniuncta claſſi fuerãt. Hanno nequaq̃ ſatis ualido nõ modo ad laceſſendũ hoſtes ſed ne ad tuẽdos quidem a populationibus agros equitatu accepto: id oĩum primũ egit: ut per conquiſitionẽ numerum equitũ augeret nec aliaꝝ gentiũ aſpernatus maxĩe tamẽ numidas (id lõge primũ equitum in Africa eſt) genus cõducit. Iã ad quattuormillia equitũ habebat: cum Salecã nomine urbem occupauit. xv. ferme millia ab romanis caſtris: quod ubi ſcipioni relatũ eſt: æſtiua ſub tectis agere eqtatus: inquit: ſint uel plures: dum talẽ ducẽ habeant. Eoq; minus ſibi ceſſandũ ratus: quo illi ſegnius rem agerẽt. Maſiniſſam cũ eqtatu præmiſſum portis obeqtare: atq; hoſtẽ ad pugnã elicere: iubet: ubi omnis multitudo ſe effudiſſet: grauiorq; iã ĩ certamine eẽt: q̃ ut facile ſuſtineri poſſet: cederet paulatim: ſe in tempore pugnæ uẽturum: tantum moratus quantum ſatis temporis prægreſſo uiſum ad eliciendos hoſtes cum romano equitatu ſecutus tegentibus tumulis: qui peropportunæ circa uiæ flexus ſuppoſiti erant: occultus proceſſit. Maſiniſſa ex compoſito nunc terrentis: nunc timentis modo aut ipſis obequitabat portis aut cedendo cũ timoris ſimulati ſpecie audaciã hoſti faceret: ad inſeq̃ndũ temere eliciebat. Nondũ oẽs egreſſi erãt: uarieq; dux fatigabat: alios uino & ſomno graues arma capere & frenare equos cogẽdo: aliis ne ſparſi & ĩconditi ſine ordine: ſine ſignis oĩbus portis excurrerent obſiſtendo: primo incaute ſe inuehentes Maſſiniſſa excipiebat: mox plures ſimul cõferti porta effuſi æquauerãt certamẽ. Poſtremo iam oĩs eqtatus plio cum adeſſet: ſuſtineri ultra nequere: nõ tamẽ effuſa fuga Maſiniſſa ſed cedẽdo ſenſim ĩpetus eoꝝ excipiebat: donec ad tumulos tegentes romanũ equitatũ pertraxit. Inde exorti equites: & ipſi integris uiribus & recentibus equis Hãnone afriſq; pugnãdo ac ſequẽdo feſſis ſe circũfudere: & Maſiniſſa: uerſis ſubito equis: ĩ pugnam rediit. Mille ferme: q primi agminis fuerãt: qbus haud facilis receptus fuit: cum ipſo duce Hannone incluſi atq; interfecti ſunt. Cæteros ducis pcipue territos cæde effuſe fugientes p trigintamillia paſſuũ uictores ſecuti: ac duo pterea millia eqtũ aut cœperũt: aut occiderũt. Inter eos ſatis cõſtabat nõ minus ducẽtos carthaginẽſiũ eqtes fuiſſe: & diuitiis quoſdã & genere illuſtres. Eodẽ forte quo hæc geſta ſunt die: naues q̃ pdã in Sicilia uexerãt: cũ cõmeatu rediere: uelut ominatæ ad pdam alterã repetendã ſeſe ueniſſe. Duos eodẽ noĩe Carthaginenſium duces duobus eq̃ſtribus pliis ĩterfectos nõ oẽs auctores ſunt: ueriti credo: ne falleret bis relata eadem res. Cælius qdem: & Valerius captum ẽt Hãnonem tradũt. Scipio pfectos equiteſq; put cuiuſq; opa fuerãt: & ante oĩs Maſiniſſam inſignibus donis donat: & firmo pſidio Saleræ impoſito: ipſe cũ cætero exercitu pfectus nõ agris mõ: quacũq; incedebat: populatis: ſed urbibus ẽt qbuſdam uiciſq; expugnatis: late fuſo terrore belli: ſeptimo die quã pfectus erat magnã uim hoĩum & pecoris & oĩs generis pdæ trahens in caſtra redit: graueſq; iterum hoſtiũ ſpoliis naues dimittit. Inde omiſſis expeditiõibus: paruis populationibus ad oppugnãdam Vticam oẽs belli uires cõuertit: eã deĩde ſi cepiſſet ſedem ad cætera exeq̃nda habiturus: ſimul & a claſſe nauales ſocii qua ex parte urbs mari alluit: ſimul & terreſtris exercitus ab imminente ppe ipſis mœnibus tumulo eſt admotus. Tormẽta machinaſq; etiam aduexerat ſecum: & ex Sicilia cum commeatu miſſa erant: & noua in armamentario multis talium operum artificibus de induſtria incluſis fiebant. Vticenſibus tanta undique mole circunſeſſis in carthaginenſi populo: carthaginenſibus in Aſdrubale: ita ſi is mouiſſet Syphacem: ſpes omnis erat: ſed deſyderio indigentium auxilii tardius cuncta mouebantur. Aſdrubal intentiſſima conquiſitione cum ad triginta millia peditum: tria eqtũ cõfeciſſet: non tamen ante aduentũ Syphacis caſtra ppius hoſtem mouere eſt auſus. Syphax cũ .l. milibus peditũ. x. eqtum aduenit: confeſtimq; motis ab Carthagine caſtris

Iterum Maſiniſſa rgno pellit

Scipiõis cõſiliũ ĩ oppugnãdo Hannonis eqtatu

Hanno cũ mille eqtibus occidit

Salera

haud procul Vtica munitionibuſq; romanis cõſedit:quoq; aduẽtus hoc tamen momẽti fecit:ut Scipio cũ.xl.ferme dies nequicquã oĩa experiens obſediſſet Vticã:abſcederet ĩde irrito incœpto:etenĩ hyems ĩſtabat:caſtra hyberna ĩ promõtorio:qđ tenui iugo continẽti adhærẽs ĩ aliquãtum maris ſpatiũ extenditur:cõmunit uno uallo & naualiũ caſtra amplectitur:iugo medio legionum ĩpoſitis caſtris: littus ad ſeptẽtrionem uerſus:ſubductæ naues naualeſq; ſocii tenebãt meridianã uallẽ ad alterum littus deuexã. Hæc ĩ Africa uſq; ad extremũ autũni geſta. Præter cõuectũ undiq; ex populatis circa agris frumẽtum cõmeatuſq; ex Sicilia atq; Italia aduectos.Gn.Octauius proprætor ex ſardinia ab.T.Claudio prætore: cuius ea prouĩcia erat:ĩgentẽ uim frumẽti aduexit:horreaq; nõ ſolũ ea:quæ iam facta erant: repleta:ſed noua ædificata.Veſtimenta exercitui deerant:id mandatum Octauio ut cum ꝑtore ageret:ſiquid ex ea prouĩcia cõparari:aut mitti poſſet:ea quoq; haud ſegniter curata res:mille ducẽtæ togæ breui ſpatio & .xii.millia tunicarum miſſa. Aeſtate ea:qua hæc ĩ Africa acta ſunt.P.Sempronius cõſul:cui Brutii prouĩcia erat:ĩ agro crotonẽſi cum Annibale ĩ ipſo itinere tumultuario prælio cõflixit: agminibus magis: q̃ acie pugnatum eſt.Romani pulſi & tumultu uerius quam pugna: ad mille &.cc.de exercitu conſulis ĩterfectis in caſtra trepidi rediere:neq; oppugnare tamẽ ea hoſtes auſi:cæteꝶ ſilentio ꝓximæ noctis ꝓfectus:ĩde conſul:ꝓmiſſo nuntio ad.P.Liciniũ procõſulẽ:ut ſuas legiones admoueret:copias cõiũxit:ita duo duces:duo exercitus ad Annibalẽ redierũt:nec mora dimicãdi facta eſt:cũ conſuli duplicatæ uires: pœno recẽs uictoria aĩos faceret.In ipſam aciẽ ſuas legiões Sẽpronius ĩduxit ĩ ſubſidiis locatæ.P.Licinii legiões.Cõſul pricipio pugnæ ædẽ Fortunæ Primigeniæ uouit:ſi eo die hoſtes fudiſſet compoſq; eius uoti fuit.Fuſi ac fugati pœni ſupra quattuormillia armatorum cæſa:paulo minus trecenti capti & equi xl.&.xi.militaria ſigna Perculſus aduerſo ꝓlio Annibal crotonẽ exercitum reduxit.Eodem tꝑe.M.Cornelius cõſul ĩ altera ꝑte Italiæ nõ tã armis:q̃ iudicioꝶ terrore Ethruriã cõtinuit totã:ferme ad Magonẽ ac ꝑ eũ ad ſpẽ nouãdi res uerſam.Eas q̃ſtiões ex.S.C.minĩe ãbitioſe habuit:multiq; nobiles Ethruſci:q aut ipſi ĩerãt:aut miſerant ad Magonẽ de populoꝶ ſuoꝶ defectiõe:primo erant præſentes condemnati poſtea conſciẽtia ſibimetipſi exiliũ cõſciſcẽtes cũ abſentes dãnati eẽnt:corporibus ſubtractis: bona tãtũ q̃ publicari poterãt:pignerãda pœnæ præbebant.Dũ hæc conſules diuerſis regionibus:agunt:cenſores ĩterim Romæ.M.Liuius:&.C.Claudius ſenatũ recitarũt.Prĩcipes iterum delectus.Q.Fabius Maximus notati ſeptẽ:nemo tamen:qui ſella curuli ſediſſet ſarta tecta acriter & cũ ſumma fide exegerunt.Viam e foro Boario:& ad ueneris circa foros publicos:& ædem matris magnæ in palatio faciendam locauerunt. Vectigal etiam nouum ex ſalaria annona ſtatuerũt:ſextante ſal & Romæ & per totam Italiam erat:& Romæ pretio eodem pluris in foris & cõciliabulis:& alibi alio pretio præbendum locauerunt. Id uectigal commentũ alterum ex cẽſoribus ſatis credebãt populo iratũ:quod iniquo iuditio & quodã dãnatus eſſe:& in ꝑtio ſalis maxime oneratas tribus:quaꝶ opa damnatus erat credebãt inde ſalinatori Liuio ĩditũ cognomẽ.Luſtrũ cõditũ ſerius:qa ꝑ ꝓuĩcias dimiſerũt cẽſores:ut ciuiũ romanorũ ĩ exercitibus:quãtus ubiq; eſſet:referretur numerus. Cenſa cũ iis.cc.xv.millia hoĩum: condidit luſtrum.C. Claudius Nero.Duodecim deinde coloniaꝶ:qđ nũq̃ ante factũ erat:deferẽtibus cenſoribus cenſum receperũt:ut q̃tum numero militũ:q̃tum pecunia ualerẽt:in publicis tabulis monumẽta extarẽt.Equitũ deĩde cenſus agi cœptus ẽ: & ambo forte cenſores equũ publicũ habebãt:cũ ad tribum Polliã uentũ ẽ: in qua.M.Liuii nomen erat:& ꝓco cũctareẽ citare ĩp̃m cenſorem:cita:inq̃t:Nero.M.Liuiũ:& ſiue ex reſidua & uetere ſimultate:ſiue intẽpeſtiua iactatione ſeueritatis ĩflatus.M.Liuiũ:qa populi iudicio eſſet cõdẽnatus equũ uændere iuſſit.Item.M.Liuius cũ ad tribũ Narinenſem:& nomẽ collegæ uẽtũ ẽ uændere equũ.C.Claudiũ iuſſit duaꝶ reꝶ cã:unius qđ falſum aduerſus ſe teſtimoniũ duxiſſet:alterius qđ nõ ſincera fide ſecũ in gratiã rediſſet.Itaq; ibi fœdũ certamẽ inq̃nandi famã alterius cũ ſuæ famæ dãno factũ eſt.Exitus cẽſuræ cũ in leges iuraſſet.C.Claudius:& ĩ ærariũ aſcendiſſet iter noĩa eoꝶ:quos ærarios relinquebat:dedit collegæ nomen.Deinde.M.Liuius in ærariũ uenit:& ꝑter Metiã tribũ:q̃ ſe nec cõdẽnaſſet:neq; cõdẽnatũ aut cõſulem:aut cenſorem feciſſet:populũ ro.oẽm q̃ttuor & triginta tribus ærarios reliq̃t:qđ & ĩnocentẽ ſe condẽnaſſent:& cõdẽnatum cõſulem & cẽſorem feciſſent:neq; ĩficiari poſſent aut iudicio ſemel:aut comitiis bis ab ſe peccatũ eẽ:in q̃ttuor & triginta tribus:&.C. Claudium ærariũ fore:qđ ſi exemplũ haberet:bis eundẽ ærariũ relinq̃ndi.C.Claudiũ noĩatim iter ærarios fuiſſe relictuꝶ.Prauũ certamẽ notaꝶ iter cenſores :caſtigatio incõſtãtiæ populi cenſoria grauitate & tẽpoꝶ illoꝶ digna in ĩuidia cenſores cũ eſſent:creſcendi ex his ratus eẽ occaſionẽ.Gn.Bebius tribunus plebis diem ad populũ utriq; dixit:ea res cõſenſu patrũ diſcuſſa eſt ne poſtea obnoxia populari auræ cenſura eſſet.Eadẽ æſtate in Brutiis iã petilia a cõſule deuicta Conſentia: & Pãdoſia:& ignobiles aliæ ciuitates uolũtate ĩ deditionem uenerũt.Et cũ comitioꝶ iã appeteret tempus.Corneliũ potius ex Ethruria:ubi nihil belli erat.Romã acciri placuit.Conſules.Gn.Seruiliũ Cepionem &.Gn.Seruiliũ geminũ creauit. Inde ꝑtoria comitia hĩta creati.P.Cornelius Lentulus.L.Quintilius Varus.P.Elius Pætus.P.Iulius &.T. Apuleius.Hi duo cũ ædiles plebis eſſent: prætores creati ſunt.Cõſul comitiis ꝑfectis: ad exercitũ in Ethruriam rediit.Sacerdotes eo anno mortui:atq; ĩ locum eorum ſuffecti.T.Veturius Philo flamẽ martialis:& in locum.M.Aemilii Regilli:qui priore anno mortuus erat:creatus inauguratuſq;: & in M.Pomponii Mathonis auguris & decẽuiri locum creati decemuir.M.Aurelius Cotta:augur.T.Sẽpronius Gracchus admodũ adoleſcẽs:qđ tũc rarũ ĩ mãdãdis ſacerdotiis erat.Quadrigæ aureæ eo anno ĩ capitolio poſitæ ab ædilibus curulibus.C.Liuio:&.M. Seruilio Gemino:& ludi romãi biduũ inſtaurati.Item per biduũ plebeii ab ædilibus.P.Elio.P.Iulio:& Iouis epulum fuit ludorũ cauſa.

Parua romãorum cædes in Italia

Pœnorum cædes

Vnde ſalinatoris cognomẽ

Atr.fœdũ iter cẽſores certamen

Exitus cẽſuræ Liuii & Nerõis

Gn.Seruilius cæpio Gn.Seruilius gemĩus conſ.

# TITI LIVII PATAVINI HISTORICI DE SECVNDO BELLO PVNI. LIBER DECIMVS.

CN. SERVILIVS Cepio:&.Gn.Seruilius Geminus conſ.ſextuſdecimus
is annus belli punici erat:cū de rep.belloq; & ꝓuīciis ad ſenatū retuliſſent
cenſuerūt patres:ut cōſules īter ſe cōpararent:ſortirenturue uter Brotios
aduerſus Annibalē:uter Ethruriā ac Liguriā ꝓuinciā haberet:cui Brutii
eueniſſent:exercitū a.P.Sēpronio accipet.P.Sēpronius ei quoq; eni ꝓcō
ſuli īperiū in annū ꝓrogabať.P.Licinio ſuccederet: is Romā reuerteretť. P.Lici/
Bello quoq; bonus habitus ad cætera:qbus nemo ea tēpeſtate īſtructior nii dotē
ciuis habebať:cōgeſtis oībus humanis a natura fortunaq; bonis nobilis
idem ac diues erat:forma uiribuſq; corporis excellebat: facūdiſſimus ha/
bebať:ſeu cā orāda:ſeu in ſenatu & ad populū ſuadendi ac diſſuadendi lo/
cus eēt:iuris pōtificii peritiſſimus:ſup hoc bellicæ quoq; laudis cōſulatus
cōpotē fecerat:cpi in brutiis ꝓuincia eidē in ethruria ac liguribus decreta
M.Cornelius nouo cōſuli tradere exercitum iuſſus: ipſe ꝓrogato īperio
Galliā ꝓuiuciā obtinere cū legionibus iis q̄s ꝓcōſul.Q.Scribonius priore āno habuiſſet. Sortiti deīde
ꝓuincias:Cepioni Brutii:Seruilio gemino ethruria euenit.Tū p̄toꝝ ꝓuinciæ in ſortē cōiectæ: iuriſdi/
tionē urbanā Pœtus Elius Sardiniā.P.Lētulus ſiciliā.C.Iulius:Ariminū cū duabus legionibus ſub Lu
cretio ſpurio eæ fuerāt:Quītilius uarus eſt ſortitus:& Lucretio ꝓrogatū īperiū eſt:ut Genuā oppidū a Genua
Magone pœno dirutū exædificaret.P.Scipiōi nō tpis:ſed rei gerēdæ fine:donec debellatū in africa fo/ a Mago
ret:ꝓrogatū īperiū eſt:decretūq; ut ſupplicatio fieret:qđ ſi is in africā ꝓuinciā traieciſſet:ut ea res ſalu/ ne diru
taris Po.Ro.ipſiq; duci atq; exercitui eēt:in Sicilia triamillia militū ſunt ſcripta & qa qđ roboris ea ꝓ/ ta
uincia habuerat:in Africā traiectū fuerat:nequa claſſis ex Africa traiiceret.xl.nauibus cuſtodiri placue/
rat ſiciliæ maritimā orā:tredecī nouas naues Iulius ſecū in Siciliā:duxit cæteræ ī Sicilia ueteres refectæ
huic claſſi.M.Pomponius prioris anni p̄tor prorogato imperio p̄poſitus nouos milites ex Italia adue
ctos in naues īpoſuit:parē nauium numeꝝ.C.Octaiuo p̄tori itē prioris anni cū pari iure īperii ad tuen
dā ſardiniæ orā pr̄es decreuerūt.Lentulus p̄tor duomillia militū dare in naues iuſſus:& Italiæ ora:qa
incertū erat:quo miſſuri claſſem carthaginēſes forēt:uidebāť aūt qcquid nudatū præſidiis eēt: petitu/
ri.M.Mario prætori prioris anni cū totidē nauibus tuēda data eſt.Triamillia militū ī eā claſſem ex de
creto patꝝ cōſules cōſcripſerūt:& duas legiōes urbanas ad īcerta belli.Hiſpaniæ cū exercitibus impioq;
ueteribus īperatoribus Lucio lentulo & Lucio mālio Accidino decretæ decē oīo legionibus:&.c.xl.na/
uibus longis res romana eo anno geſta.Prætores in ꝓuincias ire iuſſi:cōſulibus impatū ut prius:q̄ ab
urbe ꝓficiſcerētur:ludos magnos facerēt:quos.T.Mālius Torquatus dictator in quintū annū uouiſ/
ſet:ſi eodē ſtatu reſp.ſtaret & nouas religiōs excitabāt in aīs hoīum ꝓdigia ex pluribus locis nunciata.
Auꝝ in capitolio corui non laceraſſe tātū roſtris crediti:ſed etiā ediſſe mures Antii coronā aureā arro/
ſere:circa Capuam oēm agꝝ locuſtaꝝ uis īgēs:ita ut unde adueniſſent:paꝝ cōſtaret:cōpleuit:equuleus ꝓdigia
Reate cum quinq; pedibus natus.Anagniæ ſparſi primum inges:in cælo deinde fax igens arſit. Fru/
ſinone arcus ſolem tenui linea amplexus eſt:circulum deīde ipſum maior ſolis orbis extrinſecus inclu
ſit.Arpini terra cāpeſtri in agro in īgentē ſinū cōſedit Cōſulum alteri primam hoſtiam īmolāti caput
iecinori defuit:ea prodigia maioribus: hoſtiis ꝓcurat: editi a collegio pontificū dii:quibus ſacrificareť.
Is tranſactis conſules prætoreſq; in prouincias ꝓfecti oībus tamen uelut ea ſortis Africæ cura erat:ſeu
quia ibi ſumma reꝝ belliq; uerti cernebāt: ſeu ut Scipioni gratificarenť:in quē tū oīs ciuitas uerſa erat
Itaq; nō ex Sardinia tantū ſicut ante dictū eſt:ſed ex Sicila quoq; & Hiſpania ueſtimenta: frumentūq;:
armaq;:& omne genus cōmeatus eo portabatur.Nec Scipio ullo tēpore hyemis belli opa remiſerat:
quæ multa ſimul undiq; circūſtabant Vticam obſidebat caſtra ī conſpectu Aſdrubalis erāt:carthaginē
ſes deuexerant naues:claſſem paratā inſtructamq; ad cōmeatus intercipiendos habebant.Inter hæc ne
Syphacis quidem reconciliandi curā ex aīo dimiſerat ſi forte iam ſatis amoris ī uxore ex multa copia
eū cepiſſet.Ab Syphace magis pacis ꝓ carthaginenſibus cōditiones:ut romani Africa pœni Italia exce/
derēt:q̄ ſi bellaretur:ſpes ulla deſituꝝ afferebať.Hæc ꝑ nūtios magis eqdem acta crediderim:& ita pars
maior auctores ſunt:q̄ ipſum Syphacē ut Valerius Antias ꝓdit:in caſtra romana ad colloquiū ueniſſe.
Primo eas conditiōes īperator romanus uix auribus admiſit.Poſtea ut cauſa ꝓbabilis uiſa cōmeandi
foret ī caſtra hoſtium:mollius eadā illa abnuere:ac ſpem facere ſæpius ultro citroq; agitātibus rē con/
uētūrā Hybernacula carthaginēſiū cōgeſta temere ex agris materia ex ædificata lignea ferme tota:erāt
numidæ p̄cipue arundine textatoriaq; pars maxīa tectis paſſim nullo ordine:quidā ut ſine īperio occu
patis locis:extra foſſam uallūq; habitabāt.Hæc relata Scipioni ſpē fecerāt caſtra hoſtiū per occaſionem
incēdendi. Cum legatis:quos mitteret Ad Syphacem:calonum loco primos ordinis ſpectatæ uirtutis
atq; prūdētiæ ſeruili habitu mittebat:q:dum ī colloquio legati eſſent: uagi per caſtra alius alia:aditus
exituſq; oēs:ſitū formamq; uniuerſoꝝ caſtroꝝ & partiū:qua:pœni:qua numidæ haberēt quātum iter
ualli.Inter Aſdrubalis ac regia caſtra eſſent:ſpecularētur:moremq; ſimul noſcerēt ſtationū uigiliarūq;
nocte an īter diu opportuniores īſidiantibus eſſent:& īter crebra colloqa alii atq; alii de īduſtria: quo
pluribus oīa nota eſſent:mittebātur.Cū ſæpius agitata res certiorē ſpē pacis ī dies & ſyphaci:& cartha/
ginēſibus ꝑ eū facerēt:legati romani uetitos ſe reuerti ab impatore aiunt: niſi certum reſpōſum detur

ꝓinde ſeu ipſa ſtaret iam ſnīa:ſeu cōſulendus Aſdrubal & carthaginēſes eēnt:cōſuleret:tēpus eē aut pacem cōponi:aut bellū nouiter geri. Dum cōſulit Aſdrual ab Syphace:ab Aſdrubale carthaginēſes:& ſpeculatores oīa uiſendi:& Scipio ad cōparāda ea:q̄ in rem opus erāt:tempus habuit:& ex mentione & ſpe pacis negligētia:ut fit:apud pœnos numidaſq; orta cauēdi:neqd hoſtile interī paterent:tandē relatū reſpōſum qbuſdā:qđ nimis cupere romanus pacem uidebat iniqs p occaſionē adiectis:q̄ pꝓpportune cupienti tollere īducias Scipiōi cām ꝓbuere:ac nūcio regis:cū relatuꝝ ſe ad cōſiliū dixiſſet: poſtero die reſpondit:ſe uno fruſtra tendente nulli alii pacē placuiſſe:renūciaret igit nullā aliā ſpem pacis:quā relictis carthaginēſibus Syphaci cū romanis eſſe:ita tollit īducias ut libera fide incœpta exequeret: deductiſq; nauibus:& iā ueris prīcipiū erat:machinas tormētaq; uelut a mari aggreſſurus Vticā īponit: duomilia militū ad capiēdū:quē ante tenuerat tumulū ſup Vticā mittit:ſimul ut ab eo qđ parabat:in alterius rei curā cōuerteret hoſtiū aīos:ſimul ne quā cū ipſe ac Syphacē Aſdrubalēq; ꝓfectus eſſet eruptio ex urbe & īpetus in caſtra ſua relicta cū leui ꝓſidio fieret. His ꝑparatis aduocatoq; cōcilio:& dicere exploratoribus iuſſis:q̄ cōperta afferrent:Maſiniſſaq;:cui oīa hoſtiū nota erāt poſtremo:qd ipſe pararent:in ꝓximā noctē ꝓponit. Tribunis edicit:ut ubi ꝓtorio dimiſſo ſigna cōcinuiſſent:extēplo educerēt e caſtris legiones:ita ut īperauerat:ſigna ſub occaſu ſolis efferri ſunt cœpta: Ad primā ferme uigiliā agmen explicauerūt:media nocte ſeptem.n.millia itineris erāt:modico gradu ad caſtra hoſtiū ꝑuentum eſt. Ibi Scipio partē copiaꝝ Lællio Maſiniſſamq; ac numidas attribuit.& caſtra Syphacis inuadere:igneſq; coniicere iubet:ſingulos deinde ſeparatim Lællium ac Maſiniſſam ſeductos obteſtat: ut q̄tū nox ꝓuidētiæ adimat:tantum diligenti expleant cura unaq; ſe Aſdrubalem punicaq; caſtra aggreſſurum: cæterum non ante cœpturum:quam ignem in regiis caſtris conſpexiſſet. Neq; ea res morata diu eſt:nam ut proximis caſtris iniectus ignis hæſit:extemplo peoxima quæque:& deinceps contigua amplexus totis ſe paſſim diſſipauit caſtris & trepidatio quidem:quanta neceſſe erat:in nocturno effuſo tam late incēdio orta eſt:cæterum fortuitum nō hoſtilem ac bellicum ignem rati eſſe:ſine armis ad reſtinguēdum incendiū effuſi ī armatos inciderūt hoſtes:maxime numidas ab Maſiniſſa noticia regioꝝ caſtroꝝ ad exitus itineꝝ idoneis locis diſpoſitos. Multos ī ipſis cubiculis ſemiſomnes hauſit flama multi ī præcipiti fuga ruentes ſuper alios:alii in anguſtiis portaꝝ obtriti ſunt. Reducentem flamā primo uigiles carthaginēſium:deinde excitati alii nocturno tumultu cū conſpexiſſent ab eodē errore credere ipſi ſua ſponte icendium ortū:& clamor īter cædē & uulnera ſublatus:an ex trepidatione nocturna eēt cōfuſus ſenſum ueri adimebat. Igitur ꝓ ſe quiſq; inermes:ut quibus nihil hoſtile ſuſpectū eſſet:oībus portis: quacuiq; proximū erat:ea mō quæ reſtinguēdo igni forent:portātes:ī agmen romanum ruebant. Quibus cæſis oībus:præterq̄ hoſtili odio:ēt nequis nūcius effugeret:extēplo ſcipio neglectas ut in tali tumultu portas inuadit:ignibuſq; in proxima tecta coniectis: effuſa flama primo ueluti ſparſa pluribus locis reluxit:deinde per continua ſerpēs uno repente oīa incēdio hauſit. Ambuſti hoīes iumentaq; fœda primum fuga:deinde ſtrage obruebant itinera portaꝝ:quos nō oppreſſerat ignis:ferro adſumpſit: binaq; caſtra die una deleta:duces tamen ambo & ex tot millibus armatoꝝ.xx.millia peditum & quingenti equites ſemiermes:magna pars ſaucii afflatiq; incendio effugerunt. Cæſa aut hauſta flamis ad.xl.millia hominū ſunt:capti ſupra.vi.millia:carthaginenſium nobiles.xi.ſenatores:ſigna militaria.c.xxviiii.equ numidici ſupra.ii.millia.dcc.elephanti ſex capti:octo flama ferroq; abſumſit:magnaq; uis armorum capta ea oīa īperator Vulcano ſacrata incendit. Aſdrubal ex fuga cū paucis afroꝝ urbē ꝓximā petierat: eoq; oēs:qui ſupererant:ueſtigia ducis ſequentes ſe cōtulerant:metu deinde:ne dederetur Scipioni:urbe exceſſit. Mox eodē patentibus portis romani accepti:nec quicquam hoſtile:qa uoluntate cōceſſerant:in dicionē factum duæ ſubinde urbes captæ direptæq;:ea præda:& quæ caſtris īcenſis ex igne rapta erat: militi cōceſſa eſt. Syphax octo miliū ferme inde ſpatio loco cōmunito cōſedit. Aſdrubal Carthaginem contendit:nequid per metū ex recenti clede mollius coſuleret.quo tantus primo terror eſt allatus: ut omiſſa Vticā Carthaginē crederent extemplo Scipionē oppreſſuꝝ. Senatū itaq; Suffeces:qđ uelut cōſulare imperiū apud eos erat:uocauerūt:ibi:tribus dictis ſenteriis:una de pace legatos ad Scipionē decernebat:altera Annibalē ad tuēdam ab exitiabili bello patriā reuocabat:tertia romanæ in aduerſus rebus conſtantiæ exēplo reparandū exercitum. Syphacēq; orandū:ne bello abſiſteret:cenſebat. Hæc ſententia quia Aſdrubal præſens barchinæq; oēs factionis bellū malebāt:uicit. Inde delectus ī urbe agriſq; haberi cœptus:& ad Syphacē legati miſſi ſumma ope & ipſum reparantē bellū:cū uxor iam nō ut ante blandiciis ſatis potētibus ad animū amantis:ſed præcibus & miſericordia ualuiſſet plena lachrymaꝝ obteſtans:ne patrē ſuum patriāq; ꝑderet:iiſdēq; flamis Carthaginē:qbus caſtra cōflagraſſent:abſumi ſineret. Spem quoq; opportune oblatā afferebant legati:q̄ttuormillia celtiberoꝝ circa urbē noīe Olbā ab conqſitoribus ſuis cōducta in Hiſpania egregiæ iuuētutis ſibi occurriſſe:& Aſdrubalē ꝓpediē affore cū manu haud quaq̄ contēnēda. Is nō benigne mō legatis reſpōdit:ſed oſtēdit ēt multitudinē numidarū agreſtiū qbus p eoſdē dies arma equoſq; dediſſet:& oēm iuuētutē affirmat excituꝝ ex regno:ſcire incendio nō prælio cladē acceptā:cū bello inferiorē eſſe:qui armis uicat. Hæc legatis reſpōſa:& poſt dies paucos rurſus Aſdrubal & Syphax copias iunxerunt:is oīs exercitus fuit.xxx.ferme millia armatorū. Scipionē uelut iam debellato:qđ ad ſyphacē carthaginēſeſq; attineret. Vticæ oppugnandæ intentū iāq; machinas admouentē muris:auertit fama redintegrati belli:modiciſq; præſidiis ad ſpeciē mō obſidionis terra mariq; relictis:ipſe cū robore exercitus ire ad hoſtes pergit:primo in tumulo quattuor ferme millia diſtante ab caſtris regiis cōſedit. Poſtero die cū equitatu in Magnos (ita uocāt) campos ſubiectos

Scipionis cōſiliū ī hoſte iuadendo

Modico tpis ſpatio bina caſtra incenſa

Afr. hoſtiū cladem

Reparāt hoſtiū copiæ

ei tumulo degreſſus ſuccedẽdo ad ſtationes hoſtiũ laceſſendoq; leuibus ꝓliis diẽ aſſumpſit:& ꝑ iſequẽs
biduũ tumultuoſis hinc atq; illinc excurſionibus inuicẽ nihil dictu ſatis dignũ fecerunt. Quarto die in
aciẽ utrinq; deſcẽſum ẽ:romanus poſt principes haſtatoꝝ prima ſigna in ſubſidiis triarios cõſtituit:eq
tatum. Italicum ab dextero cornu ab leuo numidas Maſiniſſamq; oppoſuit. Syphax Aſdrubalq; numi
dis aduerſus Italicũ equitatũ: carthaginẽſibus cõtra maſiniſſam locatis: celtiberos in mediã aciem ĩ ad Hoſtiũ
uerſa ſigna legionũ accepere. Ita inſtructi concurrũt primo ĩpetu:ſimul utroq; cornu:& numidæ:& car cornua
thaginenſes pulſi:nã neq; numidæ maxime pars agreſtis romanũ equitatũ:neq; carthaginenſes & ipſe pelluntᷣ
nouus miles Maſiniſſam recẽti ſuper cætera uictoria terribilem ſuſtinuere nudata utriq; cornibus cel/
tiberoꝝ acies ſtabat:quod nec in fuga ſalus ulla oſtendebatur locis ignotis:neq; ſpes ueniæ ab Scipione
erat:quẽ benemeritũ de ſe & gẽte ſua mercẽnariis armis ĩ Africã oppugnatũ ueniſſent. Igiᷣ circunfuſis
undiq; hoſtibus alii ſuper alios cadẽtes obſtricti moriebanᷣ:oĩbuſq; in eos uerſis aliquãtum ad fugam
tẽporis Syphax & Aſdrubal præceperunt: fatigatos cæde diutius: q pugna uictores nox oppreſſit. Po/ Ro. ui/
ſtero die Scipio Læliũ Maſiniſſamq; cũ omni romano & numidico equitatu expeditiſq; militũ ad Per ctoria
ſequẽdos Syphacẽ atq; Aſdrubalem mittit. Ipſe cũ robore exercitus urbes circa oẽs:quæ carthaginẽſiũ
ditionis erant:partim ui:partim metu ſubegit. Carthagini quidem erat ĩgens terror & circunferentem
arma Scipionẽ oĩbus finitimis raptim perdomitis ipſam Carthaginẽ repente aggreſſuꝝ credebant. Ita
que & muri reficiebãtur:ꝓpugnaculiſq; armabãtur:& ꝓ ſe quiſq;:quæ diutinæ:obſidiõĩ tolerãdæ ſunt
ex agris neceſſaria conuehit. Rara mentio ẽ pacis:frequẽtior legatoꝝ ad Annibalem accerſendũ mittẽ/
doꝝ:pars maxima claſſem:quæ ad cõmeatus excipiendos parata erat: mittere iubent ad opprimẽdam
ſtationẽ nauium ad Vticam incaute agentẽ forſitan etiã naualia caſtra relicta cũ leni præſidio oppreſſu
ros. In hoc cõſilium maxime inclinãt:legatos tamẽ ad Annibalẽ mittẽdos cenſent quippe claſſe: ut fœ/
liciſſime gerãtur res:parte aliqua leuari Vticæ obſidionem. Carthaginẽ ipſam: qui tueatur: neq; impa
torem aliũ quam Annibalẽ:neq; exercitum alium quã Annibalis ſupereſſe. Deductæ ergo poſtero die
naues:ſimul & legati in Italiam profecti:raptimq; oĩa: ſtimulante fortuna:agebantur: & in quo quiſq;
ceſſaſſet:prodi ab ſe ſalutẽ oĩum rebatur. Scipio grauem iã ſpoliis multis multaꝝ urbium exercitũ tra/
hens:captiuis aliaq; præda in uetera caſtra ad Vticam miſſis: iam in Carthaginẽ intentus occupat reli/
ctum fuga cuſtodum Tuneta:abeſt ab Carthagĩe. xii. millia ferme paſſuũ:locus tum operibus:tum ſua Tunica
pte natura tutus:& qui ab Carthagine conſpici:& præbere ipſe proſpectũ tum ad urbem:tũ ad circun/ occupat
fuſum mare urbi poſſet. Inde cũ maxime uallũ romani iacerent:conſpecta claſſis hoſtium eſt Vticam a ſcipio
Carthagine petens. Igiᷣ omiſſo ope ꝓnunciatũ iter: ſignaq; raptim ferri ſunt cœpta: ne naues in terrã
& ad obſidionẽ uerſæ ac minime nauali ꝓlio aptæ opprimerẽtur. Quæ eni reſtitiſſent agili & nautico
inſtrumento aptæ & armatæ claſſi naues tormenta machinaſq; portãtes:& aut ĩ onerarium uſum uer
ſæ:aut ita appulſæ ad muros ut ꝑ aggere ac pontibus præbere acceſſum poſſent. Itaq; Scipio poſteaquã
eo uentum:eſt ut in nauali certamine ſolet:roſtratis:quæ præſidio aliis eſſe poterant: ĩ poſtrema aciem
receptis ꝓpe terrã onerariaꝝ quadruplicem ordinem pro muro aduerſus hoſtẽ oppoſuit:eaſq; ipſas:ne
in tumultu pugnæ turbari ordĩes poſſent: malis antẽniſq; de naue in nauẽ traiectis:ac ualidis funibus
uelut uno inter ſe uinculo illigatis cõpreſſit:tabulaſq; ſup inſtrauit:ut peruiũ nauium ordinẽ faceret:&
ſub ipſis pontibus ĩterualla fecit:qua ꝓcurrere ſpeculatoriæ naues ĩ hoſtẽ ac tuto recipi poſſent. His ra/
ptim ꝑ tpe ĩſtructis mille ferme delecti ꝓpugnatores onerariis ĩponunᷣ:tæloꝝ maxime miſſilium:ut
q̃uis longo certamine ſufficerent:uis ĩgens congeriᷣ:ita parati ĩſtructiq; hoſtiũ aduẽtum opperiebãᷣ.
Carthaginẽſes: q ſi maturaſſent:oĩa ꝑmixta turba trepidãtium primo ĩpetu depræhẽdiſſent:ꝑculſi ter
reſtribus cladibus:atq; inde ne in mari q̃dem:ubi ipſi plus poterant: ſatis fidẽtes die ſegni nauigatione
abſumpto:ſub occaſum ſolis in portũ:Ruſucinona afri uocãt:claſſem appulere:poſtero die ſub ortum
ſolis ĩſtruxere ab alto naues uelut ad iuſtum ꝓliũ nauale:& tanq̃ exituris cõtra romãis cũ diu ſtetiſſent:
poſteaq̃ nihil moueri ab hoſtibus uiderũt:tum demum onerarias aggrediunᷣ. Erat res minime certa/ Naualiſ
mini nauali ſimilis:ꝓxime ſpeciẽ muros oppugnantiũ nauiũ:altitudine aliquãtum onerariæ ſupabãt: pugna
ex roſtratis pœni uana plæraq; utpote ſupino iactu tæla in locũ ſupiorẽ mittebant:grauior ac pondere:
ĩpo libratior ſupne ex onerariis ictus erat. Speculatoriæ naues ac leuia ipſa nauigia:q ſub cõſtratis pon
tium ꝑ ĩterualla excurrebãt:primo ipſo tãtum impetu ac magnitudĩe roſtrataꝝ obruebanᷣ. Deĩde &
ꝓpugnatoribus quoq; incõmodæ erãt:q̃d ꝑmixtæ cũ hoſtium nauibus inhibere ſæpe tæla cogebant:
metu ne ambiguo ictu ſuis ĩciderent. Poſtremo aſſeres ferreo unco ꝓfixi:harpagones uocãt milites: ex
punicis nauibus iniici in romanas cœpti:quos cum neq; ipſos:neq; cathenas:q̃bus ſuſpẽſi iniiciebanᷣ:
incidere poſſent:ut quæq; retro inhibita roſtrata onerariã hærente unco traheret:ſcindi uideres uincu
la:q̃bus aliis alia innexa erant:ſeriẽq; aliã ſimul pluriũ nauiũ trahi. Hoc maxĩe modo lacerati q̃dem oẽs
pontes:& uix tranſiliendi in ſecũdum ordinem nauium ſpatium ꝓpugnatoribus datum eſt. Sex ferme
onerariæ puppibus abſtractæ Carthaginẽ ſunt:maior q̃ ꝓ re lætitia:ſed eo maior q̃d ĩter aſſiduas cla/
des ac lachrymas unũ q̃tumcũq; ex ĩſperato gaudiũ affulſerat. cũ eo:ut appareret:haud ꝓcul exitio fuiſ/
ſe romanã claſſem:ni ceſſatũ a ꝓfectis ſuaꝝ nauiũ foret:& Scipio in tpe ſubueniſſet. Per eoſdẽ forte dies
cũ Lellius:& Maſiniſſa q̃ntodecimo ferme die in Numidiã ꝑueniſſent:maſſuli regnũ pr̃nũ Maſiniſſæ
læti ut ad regem diu deſyderatũ cõceſſere. Syphax:pulſis inde ꝓfectis ꝓſidiiſq; ſuis:uetere ſe continebat
regno:ne utiq; q̃eturus:ſtimulabat ægrũ amore uxor ſocerq;:& ita uiris eq̃ſq; abundabat:ut ſubiectæ
oculis regni ꝑ multos florentes annos uires:ẽt minus barbaro atq; impotenti aĩo ſpem poſſent facere.

Igitur oı̄bus:q bello aptı́ erāt:in unum eductis:equos arma tæla diuidit:eq̄tes in turmas:pedites in co/
hortes:ſicut quōdam ab romanis centurionibus didicerat:diſtribuit.Exercitu haud minore: quá quē
prius habuerat:cæterum omni ꝓpe nouo atq; ı̄condito ire ad hoſtes pergit:& caſtris in ꝓpinquo poſi
tis.Primo pauci eq̄tes ex tuto ſpeculātes ab ſtationibus ꝓgredi:inde iaculis ſummoti recurrere ad ſuos
inde excurſiones inuicem fieri:& cum pulſos indignatio accenderet plures ſubire:quod irritamentum
certaminū eq̄ſtriū eſt:cū aut uicentibus ſpes:aut pulſis ira aggregat ſuos.Ita tū a paucis p̄lio accēſo oēm
poſtremo utrinq; equitatum certaminis ſtudium effudit:ac dum equeſtre p̄lium erat multitudo maſ
ſulorum ingentia agmina Syphace emittente ſuſtineri uix poterat.Deinde ut pedes romanus repenti
no per turmas ſuas uiam dantes inter curſu ſtabilem aciem fecit: abſterruitq; effuſe inuehentem ſeſe
hoſtem:primo barbari ſegnius permittere equos:deı̄de ſtare ac ꝓpe turbari nouo genere pugnæ: po/
ſtremo nō pediti ſolum cedere:ſed ne equitem q̄dem ſuſtı̄ere peditis p̄ſidio audentē:iam ſigna quoq;
legionū appropinquabāt:tum uero maſſuli nō mō primū impetū:ſed ne cōſpectū q̄dem ſignoꝝ atq;
armorum tulerunt:tantum ſeu memoria prioꝝ cladiū:ſeu p̄ſens terror ualuit.Ibi Syphax dum obe/
quitat hoſtium turmis:ſi pudore:ſi periculo ſuo fugam ſiſtere poſſet:equo grauiter icto effuſus oppri/

Capit̃ Syphax

mit̃ capiturq;:& uiuus lætū ante oēs Maſiniſſæ præbiturus ſpectaculum ad Lelliū pertrahitur.Cirtha
caput regni Syphacis erat:eoq; ſe ingens hominum uis ex fuga contulerat.Cædes in eo prælio minor:
quá uictoria fuit:q̄a equeſtri tantūmodo prælio certatū fuerat non plus q̄nquemillia occiſa:minus di/
midium eius hominum captū eſt:ı̄petu in caſtra facto:quo ꝑculſa rege amiſſo:multitudo ſe cōtulerat

Recens hoſtiū clades Cirtha a Lellio & Maſiniſſa capitur

Maſiniſſa Lællio dicere:ſibi q̄dem nihil eē in p̄ſentia pulchrius: quá uictorem recuperatū tāto poſt
interuallo patrium inuiſere regnum:ſed tam ſecūdis:quá aduerſis rebus nō dari ſpatium ad ceſſandū:
ſi ſe Lællius cū equitatu:uictoq; Syphace Cirtham p̄ceder̃ ſinat:trepida oı́a metu ſe oppreſſuꝝ. Lælliū
cum peditibus ſubſequi modicis itineribus poſſe.Aſſentiente Lællio prægreſſus Cirtham euocari ad
colloquium principes cirthenſium iubet:ſed apud ignaros regis caſus:neq; q̄ acta eſſent:ꝓmendo: nec
minis:nec ſuadēdo ante ualuit:quá rex uinctus in cōſpectū datus.Tum ꝗd ſpectaculū tam fœdū com/
ploratio orta:& partim pauore mœnia ſunt deſerta:partı̄ repētino cōſenſu gratiá apud uictorem quæ
rentium patefactæ portæ:& Maſiniſſa p̄ſidio circa portas opportunaq; mœnium dimiſſo:ne cui fugæ
pateret exitus:ad regiam occupandam citato uadit:equo:ı̄tranti ueſtibulū in ipſo ueſtibuli limine So/

Verba Sophoniſbæ ad Maſiniſſam.

phoniſba uxor Syphacis filia Aſdrubalis pœni occurrit:& cū in medio agmine armatoꝝ Maſiniſſam
inſignem cū armis:tū cætero habitu conſpexiſſet & regem eſſe id:qd̓ erat:rata:genibus aduoluta eius.
Oı́a q̄dē:inq̄t:ut poſſes ı̄ nos dii tibi dederūt:uirtuſq; & fœlicitas tua ſed ſi captiuæ apud dominū uitæ
neciſq; ſuæ uocē ſupplicē mittere licet:ſi genua ſi uictricē attigere dextrá:p̄cor:q̄ſoq; p maieſtatē regiá:
in qua pauloante nos quoq; fuimus perq; gentis numidaꝝ nomē:qd̓ tibi cū Syphace cōmune fuit:per
huiuſce regiæ deos:qui te melioribus oı̄bus accipiant:q̄ Syphacē hinc miſerūt:hanc ueniá ſupplici des:
ut ipſe:quodcūq;ferret aı̄us de captiua:ſtatuas:neq; me in cuiuſquá romani ſuperbū ac crudele arbitriū
uenire ſinas:ſi nihil aliud:q̄ Syphacis uxor fuiſſem tamē numidæ atq; ı̄ eadem mecum Africa geniti:q̄
alienigenæ & externi fidē experiri mallē.Quid carthaginēſi ab romāo:qd filiæ Aſdrubalis timendū ſit
uides.Si nulla alia re potes me:morte:ut uindices ab romanoꝝ arbitrio oro:obteſtorq;.Forma erat ı̄ſi
gnis & florētiſſima ætas:itaq; cum mō dextrá amplectēs in id ne cui romano traderet̃:finē expoſceret:
ꝓpiuſq; iam blāditias oratio eēt:q̄ præces:nō in miſericordiá mō ꝓlapſus eſt aı̄us uictoris ſed(ut eſt ge
nus numidaꝝ in uenerē p̄ceps)amore captiuæ uictor captus:data:dextra in id:qd̓ petebat̃:obligandæ
fidei in regiá cōcedit:inſtitit deinde reputare ſecū ipſe:quēadmodū ꝓmiſſi fidē p̄ſtaret: qd̓ cū expedire
nō poſſet:ab amore temerariū atq; impudēs mutuat̃ cōſiliū:nuptias ı̄ eū ipſum diē repēte parari iubet
neq̄d relinqueret ı̄tegri aut Lællio:aut ipſi Scipioni cōſulendi uelut in captiuá: q̄ Maſiniſſæ iá nupta fo
ret:factis nuptiis ſupuenit Lællius:& adeo nō diſſimulauit ı̄probar̃ factū:ut primo ét cū Syphace:& cæ
teris captiuis detractá iam thoro geniali mittere ad Scipionē conatus ſit.Victus deinde præcibus Maſi/
niſſæ orātis ut arbitriū utrius regū duoꝝ fortunæ acceſſio Sophoniſba eēt ad Scipionē traiiceret:miſſo
Syphace:& cæteris captiuis:cæteras urbes Numidiæ:q̄ præſidiis regiis tenebātur:adiuuante Maſiniſſa
recepit.Syphacē in caſtra adduci cū eſſet nūciatū:oı́s uelut ad ſpectaculū triūphi multitudo effuſa eſt:p̄
cedebat ipſe uinctus:ſequebat̃ grex nobiliū numidaꝝ.Tū quantū plurimū:quiſq; poterat magnitudi/
ni Syphacis famæ gētis uictoriá ſuá augendo addebat:illū eē regē:cuius tātū maieſtati duo potētiſſimi

Att̃.fortūæ uolubilitatem

in terris tribuerint populi:romanus carthaginēſiſq;:ut Scipio imꝑator ſuis ad amicitiá eius petendá:re
licta ꝓuincia Hiſpania exercituq;:duabus quinqueremibus in Africá nauigaret.Aſdrubal pœnoꝝ im
perator nō ipſe mō ad eū in regnū uenerit:ſed ét filiá ei nuptū dederit:habuiſſe eū uno tp̄e ı̄ ꝑtāte duos
imperatores pœnū romanūq;:ſicut ab diis ı̄mortalibus pars utraq; hoſtiis mactandis pacē petiſſet:ita
ab eo utrinq; pariter amicitiá petitam iá tantas habuiſſe opes:ut Maſiniſſam regno pulſum eo redege/
rit:ut uita eius fama mortis & latebris ferraꝝ mō in ſiluis rapto uiuētis tegeret̃.His ſermonibus circū
ſtantiū celebratis:rex ı̄ p̄toriū ad Scipionē eſt ꝓductus:mouit & Scipionē cum fortuna priſtina uiri p̄/
ſenti fortunæ collata:tū recordatio hoſpicii: dextræq; datæ: & fœderis publice ac priuatim iuncti: eadē
hæc & Syphaci aı̄um dederūt ı̄ alloq̄uēdo uictorē:nam cū Scipio:quid ſibi uoluiſſet: quæreret:qui nō
ſocietatē ſolum abnuiſſet romaná ſed ultro bellū intuliſſet:tū ille peccaſſe quidē ſeſe atq; inſaniſſe fate/
batur:ſed tū demū cum arma aduerſus populū romanū recepiſſet:exitū ſui furoris fuiſſe nō principiū
tūc ſe inſaniſſe cū hoſpitia priuata:& publica fœdera oı́a ex aı̄o eieciſſet:cum carthaginenſem matroná

domū accepit:illis nūptialibus facibus regiā cōflagraſſe ſuā:illā furiā peſtemq͡ꝫ oībus delimētis animū ſuū auertiſſe atq͡ꝫ alienaſſe:nec qeuiſſe:donec ipſa manibus ſuis nefaria ſibi arma aduerſus hoſpitē atq͡ꝫ amicū īduerit:perdito tamē ſibi atq͡ꝫ afflicto hoc ī miſeriis ſolatii eē:qđ in oīum hoīum inimiciſſimi ſibi domum ac penates eandē peſtē ac furiā trāſiſſe uideat:neq͡ꝫ prudentiorē:neq͡ꝫ cōſtātiorē Maſiniſſam quā Syphacē eē:ēt ab iuuēta īcautiorē:certe ſtultius illum atq͡ꝫ ītempatius eā quā ſe duxiſſe:hāc nō hoſtili modo odio:ſed amoris ēt ſtimulis armatā apud æmulū cernens cū dixiſſet:nō mediocri cura Scipionis animū pepulit:& fidē criminibus factæ ꝓpe īter arma nuptiæ neq͡ꝫ cōſulto:neq͡ꝫ expectato Lælio faciebāt:tanq̄ p̄ceps feſtinatio:ut quo die captā reginā uidiſſet:eodē matrimonio iunctam accipet:& apud penates hoſtis ſui nuptiale ſacrū cōficeret:etiā eo fœdiora hæc uidebant̄ Scipioni:qđ ipſum ī Hiſpania iuuenē nullius forma pepulerat captiuæ.Hæc ſecū uoluenti Lællius:ac Maſiniſſa ſupuenerunt: quos cū pariter ambos benigno uultu excepiſſet:& egregiis laudibus frequēti p̄torio celebraſſet:adductum ī ſecretū Maſiniſſam ſic alloqtur.Aliqua te exiſtimo Maſiniſſa ītuentē ī me bona:& prīcipio ī Hiſpaniā ad iungendā amicitiā mecū ueniſſe:& poſtea ī Africa teipſum ſpeſq͡ꝫ oīs tuas ī fidē meam cōmiſiſſe:atq nulla eaꝝ uirtus ē:propter quā appetēdus tibi uiſus ſim:ī qua ego æque atq͡ꝫ tēperātia & cōtinētia libidinū gloriatus fuerim:hanc te quoq͡ꝫ ad cæteras tuas eximias uirtutes Maſiniſſa adieciſſe uelim: nam nō ē mihi crede:tantū ab hoſtibus armatis ætatis noſtræ periculū:quātū ab circūfuſis undiq͡ꝫ uoluptatibus:q eas ſua tēperātia frenauit ac domuit:multo maius decus:maiorēq͡ꝫ uictoriā ſibi pepit:quā nos Syphace uicto habuimus.Quæ me abſente ſtrenue ac fortiter feciſti:libēter & cōmemoraui & memini:cætera teipſum reputare tecū:quā me dicēte erubeſcere malo.Syphax Po.Ro.auſpiciis uictus captuſq͡ꝫ ē:itaq͡ꝫ ipſe cōiunx regnū:agri:oppida:hoīes q īcolūt:qcqd deniq͡ꝫ Syphacis fuit:p̄da Populi Ro. eſt:& regē cōiugemq͡ꝫ eius ēt ſi nō ciuis carthaginēſis eēt:ēt ſi nō patrē eius īperatorē hoſtiū uideremus Romam oporteret mitti ac ſenatus populiq͡ꝫ Ro.de ea iudiciū atq͡ꝫ arbitriū eē:quæ regē nobis ſocium alienaſſe:atq͡ꝫ ī arma coegiſſe p̄cipitem dicatur:uince aīum:caue:ne deformes multa bona uno uicio: & tot meritoꝝ gratiā maiore culpa:quā cā culpæ ē:corrūpas.Maſiniſſæ hæc audiēti nō rubor eſt ſolū ſuffuſus:ſed lachrymæ ēt obortæ:& cū ſe qdē ī poteſtate futuꝝ īperatoris dixiſſet:oraſſet eū:ut q̄tū res ſineret:fidei ſuæ temere obſtrictæ cōſuleret:ꝓmiſiſſe.n.ſeſe ī nullius poteſtate eā traditurꝝ:ex p̄torio ī tabernaculū ſuū cōfuſus cōceſſit:ibi arbitris remotis:cū crebro ſuſpirio & gemitu:quo facile a circūſtātibus tabernaculū exaudiri poſſet:aliq̄tū tēporis cōſumpſiſſet:īgenti ad poſtremū ædito gemitu: fido ex ſeruis uno accito:ſub cuius cuſtodia regio more ad īcerta fortūæ uenenū erat: ei mixtū in poculo ferre ad Sophoniſbā iubet:ac ſimul nūciare Maſiniſſam libēter ei primā fidē p̄ſtatuꝝ fuiſſe:quā uir uxori debuerit:quoniā eius arbitriū:q poſſint:adimāt:ſcđam fidē p̄ſtare:ne uiua in poteſtatē romanoꝝ ueniat: memor patris īperatoris:patriæq͡ꝫ & duoꝝ regū:qbus nupta fuiſſet:ſibi ipſa cōſuleret.Hūc nūciū ac ſimul uenenū ferēs miniſter:cū ad Sophoniſbā ueniſſet.Accipio:inqt:nuptiale munus:neq͡ꝫ īgratū:ſi nihil maius uir uxori p̄ſtare potuit:hæc tamē nūcia melius me moriturā fuiſſe:ſi nō ī funere meo nupſiſſem:nec locuta ē ferocius:quā acceptū poculū nullo trepidationis ſigno dato īpauide hauſit.Quod ubi nunciatū ē Scipiōi:neqd æger aīo ferox iuuenis grauius cōſuleret:accitū eū extēplo nūc ſolat̄:nūc quod temeritatē temeritate alia luerit:triſtiorēq͡ꝫ rē:quā neceſſe fuit:fecerit:leniter caſtigat.Poſtero die:ut a p̄ſenti motu auerteret animū eius:ī tribunal aſcēdit:& cōcionē aduocari iuſſit:ibi Maſiniſſam primū regem appellatū eximiiſq͡ꝫ ornatū laudibus:aurea corōa:aurea patera:ſella curuli eburnea:& Scipiōe eburneo:toga picta:& palmata tunica donat:addit uerbis honorē neq͡ꝫ magnificētius qcq̄ triūpho apud romanos neq͡ꝫ triūphātibus āpliorē eo ornatu eē:quo uno oīum externoꝝ dignū Maſiniſſam.Po.Ro.ducat.Lælliū deīde:& ipſum collaudatū aurea corona donat:& alii militares uiri:ꝓut a quoq͡ꝫ nauata opa erat:donati.his honoribus mollitus regis aīus:erectuſq͡ꝫ ī ſpē propīquā ſublato Syphace:oīs Numidiæ potiūdæ.Scipio.C.Lællio cū Syphace aliiſq͡ꝫ captiuis Romā miſſo cum qbus & Maſiniſſæ legati miſſi ſunt:ipſe ad Tuneta rurſum caſtra refert:& q̄ munimēta īchoauerat:pmuniit. Carthaginēſes nō breui ſolū:ſed ꝓpe uano gaudio ab ſatis ꝓſpa ī p̄ſens oppugnatiōe claſſis:pfuſi:poſt famam capti Syphacis in quo plus ꝓpe quā ī Aſdrubale atq͡ꝫ exercitu ſuo ſpei repoſuerāt:pculſi iā nullo auctore belli ultro audito:oratores ad pacē petēdā mittūt.xxx.ſenioꝝ prīcipes:id erat ſanctius apud illos cōſiliū:maximaq͡ꝫ ad ipſum ſenatū regēdū uis:q ubi ī caſtra romana & p̄toriū puenerūt:more adulantiū accepto credo: ritu ex ea regiōe:ex q̄ oriūdi erāt:ꝓcubuerūt.Cōueniēs oro tā humili adulatiōi fuit nō culpā purgātiū : ſed trāſferrētiū initiū culpæ ī Annibalē īpotētiæq͡ꝫ eius:fautores ueniā ciuitati petebāt:ciuiū temeritate bis iā āte euerſæ īcolumi futuræ iteꝝ hoſtiū beneficio:īperiū ex uictis hoſtibꝫ.Po.Ro.nō pnicié peteret: paratis:obediēter:ſeruir̄:q̄ uellet:īparet.Scipio & uēiſſe ea ſpe ī Africā ſe ait:& ſpē ſuā ꝓſpo belli euētu auctā:uictoriā ſe nō pacē domū reportaturꝝ eē:tamē cū uictoriā ꝓpe ī māibus habeat:pacē nō abnuer̄ : ut oēs gētes ſciāt.P.R.& ſuſcipe iuſte bella:& finir̄.Leges pacis ſe has dicer̄ captiuos & pfugas r̄ſtituāt:exercitus ex Italia & Gallia deducāt.Hiſpāia abſtineāt:īſulis oībus q̄ īter Italiā & Africā ſunt:decedāt: naues lōgas oēs:p̄ter.xx.tradāt:tritici qngēta:hordei.ccc.m.modiū.Pecūiæ ſūmā:q̄tā īpauerit:parū conuenit: alibi qnquemillia talētū:alibi qnquemillia pōdo argēti:alibi duplex ſtipēdiū militibus īpatū īuenio:his cōditiōibꝫ:īqt:ſi placeat pax triduū ad cōſultādū dabit̄:ſi placuerit.mecū īducias facite:Romā ad ſenatū mittite legatos.Ita dimiſſi carthaginēſes nullas r̄cuſandas cōditiōes pacis cū cēſuiſſent:qppe q moram tpis q̄rerēt:dū Annibal in Africā traiiceret:legatos alios ad Scipionē ut īducias faceret:alios Romā ad pacē petēdam mittunt:ducētes paucos ī ſpeciē captiuos pfugaſq͡ꝫ & fugitiuos:quo īpetrabilior pax eēt.

*Verba Syphacis ad Scipionem*

*Atť.ſuaué ſcipiōis caſtigationem*

*Sophoniſbæ īteritus*

*Scipiōis cōſiliū ī Maſiniſſæ dolore leniēdo*

*Cōditiōnes pacis a Scipione Cartha. propoſitæ*

Multis ante diebus Lællius cum Syphace primoribuſq; numidarum captiuis Romã uenit: quæq̃ ĩ
Africa geſta eẽnt:oĩa expoſuit ordine patribus:ingẽti oĩum & in præſens lætícia:& in futuꝝ ſpe. Con/
ſulti inde patres regẽ in cuſtodiã Albã mittendũ cenſuerunt. Lælliũ retinendũ donec legati carthaginẽ/
ſes uenirent:ſupplicatio in quatriduũ decreta eſt. Publius Elius prætor:ſenatu miſſo:& cõciõe ĩde ad/
uocata cũ. C. Lællio ĩ roſtra aſcendit. Ibi uero audiẽtes fuſos carthaginẽſiũ exercitus:deuictum & captũ
ingentis nominis regẽ. Numidiã omnẽ egregia uictoria peragratã:tacitũ cõtinere gaudiũ nõ poterant:
quin clamoribus qbuſq; aliis multitudo ſolet:læticiã ĩmodicã ſignificarent. Itaq; prætor extẽplo edixit:
uti æditui ædes ſacras oẽs tota urbe aperirẽt:circũeundi ſalutandiq; deos agendiq; gratias ꝑ totũ diem
populo poteſtas fieret. Poſtera die legatos Maſiniſſæ in ſenatũ introduxit:gratulati primũ ſenatui ſunt:
quod. P. Scipio ꝓſpera res in Africa geſſiſſet:deinde gratias egerunt:qđ Maſiniſſam appellaſſet:nõ mõ
regẽ:ſed feciſſet reſtituẽdo paternũ regnũ:in quo poſt Syphacem ſublatũ:ſi ita patribus uiſum eẽt:ſine
metu & certamine eẽt regnaturus:deĩde qđ collaudatũ ꝓ concione ampliſſimis decoraſſet donis:qbus
ne indignus eẽt & dediſſe operã Maſiniſſam & porro datuꝝ eẽ:petere ut regiũ nomẽ:cæteraq; Scipiõis
beneficia:& munera ſenatus decreto cõfirmarẽt:& niſi moleſtũ eſſet:illud quoq; petere Maſiniſſam:ut
numidas captiuos:q Romæ in cuſtodia eẽnt:remitterent:id ſibi amplũ apud populares futuꝝ eſſe. Ad
ea reſponſum legatis:reꝝ geſtaꝝ in Africa ꝓſpere cõmunem ſibi cũ rege gratulationẽ eẽ. Scipionem re

Mũera Maſiniſſæ publice ab urbe miſſa

cte atq; ordine uideri feciſſe qđ eũ regem appellauerit:& quicquid aliud fecerit:qđ honori foret Maſi/
niſſæ:ea patres comprobare atq; laudare:munera quæ legati ferrent:regi decreuerunt:ſagula purpurea
duo cũ fibulis aureis ſingulis:& lato clauo tunicis:equos duos phaleratos:bina equeſtria arma cũ lori/
cis & tabernacula militaremq; ſuppellectilem:qualem ꝓberi conſuli mos ẽ. Hæc regi ꝓtor mittere iuſ/
ſus:legatis in ſingulos dona ne minus quinũmillium:comitibus eoꝝ mille æris & ueſtimẽta bina:lega
tis ſingula comitibus numidiſq; qui ex cuſtodia miſſi:redderẽtur: regiæ ad hoc ædes libera loca lauciæ
legatis decreta Eadem æſtate qua hæc decreta Romæ:& in Africa geſta ſunt. Publius Quĩtilius Varus
prætor:& Marcus Cornelius procõſul ĩ agro ĩſubriũ galloꝝ cum Magone pœno ſignis collatis pugna
uerunt:prætoris legiones in prima acie fuerunt:Cornelius ſuas in ſubſidiis tenuit:ipſe ad prima ſigna
equo aduectus:proq; duobus cornibus ꝓtor ac ꝓconſul milites ad inferẽda ĩ hoſtes ſigna ſũma ui hor
tabantur:poſteaq̃ nihil cõmouebãt:tum Cornelio Quĩtilius:lentior:ut uides:fit pugna:inquit:& indu
ratus ꝓter ſpem reſiſtendo hoſtium timor:ac ne uertatur in audaciã:periculum eſt equeſtrẽ procellam
excitemus:oportet:ſi turbare ac ſtatu mouere uolumus. Itaq; uel tu ad prĩa ſigna ꝓlium ſuſtine:ego in
ducam ĩ pugnam equites:uel ego hic in prima acie rẽ geram:tu quattuor legionũ equites ĩ hoſtẽ emit/
tito. Vtram uellet ꝓtor muneris partẽ ꝓconſule accipiente. Quintilius ꝓtor cũ filio:cui Marco præno/
men erat:impigro iuuene ad eqtes pergit:iuſſoſq; aſcendere in equos repente in hoſtẽ emittit:tumultũ
equeſtrẽ auxit clamor ab legionibus additus:nec ſtetiſſet hoſtiũ acies:ni Mago ad primũ equitum mo
tum paratos elephantos extemplo in ꝓlium induxiſſet:ad quoꝝ ſtridorem odoremq; & aſpectum eq
uanum equeſtre ꝓlium fecerunt:& ut in rem permixtis:ubi cuſpide uti:& cõminus gladio poſſet: ro/
boris maioris romanus eques erat:ita in ablatum pauentibus procul equis melius ex interuallo numi
dæ iaculabantur:ſimul & peditũ legio duodecima magna ex parte cæſa pudore magis:quã uiribus te/
nebat locũ:nec diutius tenuiſſet:ni ex ſubſidiis tertiadecima legio in primam aciem inducta ꝓlium du/
bium excepiſſet. Magoq; ex ſubſidiis gallos integræ legioni oppoſuiſſet:quibus haud magno certamie
fuſis:haſtati legionis undecimæ conglobant ſeſe:atq; elephantos iam etiã peditũ agmẽ turbantes inua
dunt:ĩ quos cũ pila confertos cõieciſſent nullo ferme fruſtra emiſſo oẽs retro ĩ aciẽ ſuoꝝ auerterũt: q̃t/

Hoſtiũ cædes ĩ inſubrĩbus

tuor grauati uulneribus corruerũt. Tum prĩa commota hoſtium acies ſimul oĩbus peditibus:ut auer/
ſos uidere elephantos ad augendũ pauorem ac tumultũ effuſis:ſed donec ſtetit ante ſigna Mago:gradũ
ſenſim referentes ordĩes tenorẽ pugnæ ſeruabãt:poſteaq̃ femine tranſfixo cadentẽ auferriq; ex ꝓlio ꝓ/
pe exanguem uidere:extẽplo ĩ fugam oẽs conuerſi ad. v. millia hoſtiũ eo die cæſa:& ſigna militaria duo
& uigiti capta:nec romanis ĩcruenta uictoria fuit. ii. millia:&. ccc. de exercitu ꝓtoris:pars multo maxĩa
ex legiõe. xii. amiſſa:ĩde & tribuni militum duo Marcus Coſconius:& Marcus Menius : tertiædecimæ
quoq; legionis:quæ poſtremo ꝓlio affuerat. Gn. Heluius tribunus militũ ĩ reſtituẽda pugna cecidit : &
duode. xx. ferme eqtes illuſtres obtriti ab elephantis cum cẽturionibus aliquot perierũt:& lõgius certa
men fuiſſet:ni uulnere ducis conceſſa uictoria eſſet. Mago ꝓximæ noctis ſilẽtio ꝓfectus:q̃tũ pati uiæ ꝓ
uulnus poterat itineribus extẽtis:ad mare ĩ ligures ĩgaunos ꝑuenit ibi eũ legati ab Carthagĩe paucis an
te diebus ĩ ſinũ gallicũ appulſis nauibus adierũt:iubẽtes prio quoq; tẽpore ĩ Africã traiicere:idem & fra
trem eius Annibalẽ:nã ad eũ quoq; iſſe legatos eadẽ iubẽtes:factuꝝ:nõ ĩ eo eẽ carthaginẽſiũ res:ut Gal

Magõis Barchini iteritus

liã:atq; Italiã armis obtineant. Mago nõ ĩperio modo ſenatus piculoq; patriæ motus:ſed metuẽs ẽt ne
uictor hoſtis morãti ĩſtaret:ligureſq; ipſi reliqui Italiã a pœnis cernẽtes ad eos:quoꝝ mox in poteſtate
futuri eẽnt:deficerẽt:ſimul ſperãs leniorẽ ĩ nauigatiõe:quã ĩ uia iactationẽ uulneris fore:& curatiõi oĩa
commodiora:ĩpoſitis copiis ĩ naues ꝓfectus uixdũ ſupata Sardinia ex uulnere morit̃:naues quoq; ali/
quot pœnoꝝ diſiectæ ĩ alto a claſſe romana:q̃ circa Sardiniã erat:capiunt̃. Hæc terra mariq; ĩ parte Ita/
liæ:quæ iacet ad alpes:geſta. Cõſul. Gn. Seruilius nulla memorabili re ĩ ꝓuincia Ethruria:& Gallia:nã
eo quoq; ꝓceſſerat geſta:patre. Gn. Seruilio:&. C. Lutatio patruo ex ſeruitute poſt decimũſextũ annũ
receptis:qui ad uicũ Canetũ a Boiis capti fuerãt:hinc patre:hĩc patruo latera circũdantibus priuato ma
gis quã publico decore ĩſignis Romã rediit. Latũ ad populum ẽ:ne. Gn. Seruilio fraudi eẽt:qđ pr̃e:qui

ſellá curuli ſediſſet:uiuo cú id ignoraret:tribunus plebis:atq; ædilis ple.fuiſſet:cõtra quá ſancitum legi/
bus erat. Hac rogatiõe perlata í ꝓuinciá rediit ad Gn. Seruiliũ cõſulé:q in Brutiis erat. Cõſentia: Vffu/
gum: Vergæ: Beſidiæ: Hetriculũ: Sypheũ: Argentanũ: Dampetia: multiq; alii ignobiles populi ſeneſce/
re punicũ bellũ cernétes defecere. Idé cõſul cũ Annibale í agro Crotonéſi acie cõflixit. Obſcura eius pu
gnæ fama eſt. Valerius Antias quíquemillia hoſtiũ cæſa ait:quæ táta res eſt:ut aut ípudéter ficta ſit:aut
negligenter prætermiſſa. Nihil certe ultra rei ab Annibale í Italia geſtũ eſt:ná ad eũ quoq; legati ab car
thagine uocantes í Africá iis forte diebus:qbus ad Magoné uenerũt. frendés:fremens:gemenſq;: ac uix
lachrymis téperás dicit legatorũ uerba audiſſe. Poſteaquá edicta ſunt mandata. Iam nõ ꝑplexe: inquit:
ſed palá reuocant:qui uetando ſupplementũ:& pecuniá mitti iampridé retrahebát. Vicit ergo Anniba/ Atf Annibalis qrellas
lé nõ populus roma. totiens cæſus fugatuſq;:ſed ſenatus carthaginéſis obtrectatiõe atq; íuidia:neq; hac
deformitate reditus mei tá Publius Scipio exultabit atq; efferet ſeſe quá Háno:qui domũ noſtrá:quan
do alia re nõ potuit:ruina Carthaginis oppreſſit:Iá hoc ipſum præſagiens animo ꝑparauerat ante na/
ues. Itaq; inutili militũ turba præſidii ſpecie í oppida brutii agri:quæ pauca magis metu:quá fide con/ Digreſſus Annibalis ex italia
tinebát:dimiſſa:quod roboris í exercitu erat:í Africá tráſuexit:multis italici generis:qa in Africá ſecutu
ros abnuétes cõceſſerát í Iunonis Laciniæ delubrũ íuiolatũ ad eũ dié in téplo ipſo fœde íterfectis: Raro
quéquá aliũ patriá exilii cauſa relinquenté magis mœſtũ abiſſe ferũt. quá Annibalé hoſtiũ terra excedé
tem:reſpexiſſe ſæpe Italiæ littora:& deos hominesq; accuſanté:in ſe quoq; ac ſuũ ipſius caput execratũ
qđ nõ cruentũ ab cannenſi uictoria milité Romá duxiſſet: Scipioné ire ad Carthaginé auſum: q conſul
hoſté in italia pœnũ nõ uidiſſet:ſe centũ millibus armatoꝝ ad Thraſymenũ & Cánas cæſis:circa Caſi/
linũ: Cumas: Noláq; cõſenuiſſe. Hæc accuſans queréſq; ex diutina poſſeſſione Italiæ eſt detractus: Ro/
mam ꝑ eoſdé dies & Magoné:& Annibalé profectos allatũ eſt:cuius duplicis gratulatiõis relatio minu
it læticiá:& quod paꝝ duces í retinédis iis:cũ id mandatũ ab ſenatu eſſet:aut animi: aut uiriũ habuiſſe
uidebant:& quod ſolliciti erant:omni belli mole in unũ ducé exercitũq; íclinata:quo euaſura eſſet res.
Per eoſdé dies legati ſaguntini uenerũt cõpræhenſos cũ pecunia adducétes carthaginenſes:q ad cõducé
da auxilia í Hiſpaniá traiecíſſent:ducentũ & qnquaginta auri octingéta pondo argenti in ueſtibulo cu/
riæ poſuerunt. Hominibus acceptis & in carceré conditis:auro argentoq; reddito:gratiæ legatis actæ:
atq; íſup munera data:ac naues qbus í Hiſpaniá reuerterent. Métio deíde ab ſenioribus facta é:ſegnius
hoíes bona:quá mala ſentire:tráſitũ Annibalis í Italiá quátũ terroris pauoriſq; eſſe ſe ſemp meminiſſe: Supplicatiões decretæ ob diſceſſum Annibalis
quas deíde clades:quos luctus ícidiſſe:uiſa caſtra hoſtium e muris urbis:q̃ uota ſinguloꝝ uniuerſorũq;
fuiſſe:quotiens í conciliis uoces manus ad cælũ porrigentiũ auditas:en unꝗ ille dies futurus eét:quo ua
cuá hoſtibus Italiá bona pace florenté uiſuri eént:dediſſe id deos tandé ſextodecimo demũ anno:nec eſ
ſe q diis gratias agendas cenſeant:adeo ne aduenienté quidé gratiá hoíes benigne accipere:nedum ut ꝑ
teritæ ſatis memores ſint. Conclamatũ deíde ex omni parte curiæ eſt:uti referret Publius Elius prætor
decretũq; eſt:ut. v. dies circa omnia puluinaria ſupplicaret:uictimæq; maiores ímolarent. c. xx. Iam di/
miſſo Lællio:legatiſq; Maſiniſſæ cũ carthaginéſium legatos de pace ad ſenatũ uenientes Puteolis uiſos
inde terra uenturos allatũ eét reuocari. C. Lællium placuit:ut coram eo de pace ageret. Q. Fuluius Gil/
lo legatus Scipionis carthaginéſes Romá adduxit:qbus uetitis ingredi urbé:hoſpitiũ í uilla publica:ſe/
natus ad ædem Bellonæ datus é. Orationé eandé ferme:quá apud Scipioné habuerunt:culpá oém bel/
li a publico cõſilio in Annibalé uertétes:eũ iniuſſu ſenatus nõ Alpes modo:ſed Iberũ quoq; trágreſſum
non romanis ſolũ:ſed ante etiá ſaguntinis priuato conſilio bellũ intuliſſe:ſenatui ac populo carthaginé/
ſiũ:ſiquis uere exiſtimet:fœdus ad eá dié inuiolatũ eſſe cũ romanis. Itaq; nihil aliud ſibi mandatũ eé uti
peterent:quá ut in ea pace quæ poſtremo cũ cõſule lutatio facta é:manere liceret. Cũ more tradito a pa/
tribus poteſtaté interrogandi:ſiquis quid uellet:legatos prætor feciſſet:ſenioreſq; qui fœderibus inter/
fuerát:alia alii interrogarent:nec meminiſſe ſe per ætaté &. n. omnes ferme iuuenes erant:dicerent lega/
ti:conclamatum ex omni parte curiæ eſt:punica fraude electos:qui ueterem pacé repeterét:cuius ipſius
non meminiſſent:emotis deinde curia legatis:ſñiæ interrogari cœptæ. M. Liuius. Gn. Seruilium cõſu/
lem:qui propior eét:accerſendum:ut coram eo de pace ageretur:céſebat:cũ de re maiore:quá quáta eét
conſultatio:incidere non poſſet:nõ uideri ſibi abſente cõſulum altero ambobuſue eam rem agi ſatis ex
dignitate populo Romano eſſe. Qu. Metellus:qui triéni ante cõſul dictatorq; fuerat:cũ. P. Scipio cædé/
do exercitus:agros populádo in eá neceſſitaté cõpuliſſet hoſtes:ut ſupplices pacé peterét:& nemo oíum
uerius exiſtimare poſſet:qua mente ea pax peteretur:quá eũ:q ante portas Carthaginis bellum gereret:
nullius alterius cõſilio:quá Scipionis accipiédam abnuédáq; pacem eé. M. Valerius leuinus: q bis cõſul
fuerat:ſpeculatores nõ legatos ueniſſe arguebat:iubendoſq; eos Italia excedere:& cuſtodes cũ iis uſq; ad
naues mittédos. Scipioniq; ſcribendũ ne bellũ remitteret. Lællius Fuluiuſq; adiecerunt: & Scipioné in
eo poſitá habuiſſe ſpé pacis ſi Annibal & Mago ex Italia nõ reuocarent:cæteꝝ oía ſimulaturos cartha/
ginenſes:duces eos exercituſq; expectantes:deinde quáuis recentiũ fœdeꝝ:& deoꝝ oíum oblitos bellũ
geſturos:eo magis in Marci Leuinii ſñiam diſceſſum. Legati pace infecta ac prope ſine reſpõſo dimiſſi.
Per eos dies. Gn. Seruilius conſul haud dubius quin pacatæ Italiæ penes ſe gloria eſſet:uelut pulſum ab
ſe Annibalé ꝑſequés in Siciliá:inde í Africá tráſiturus traiecit:qđ ubi Romæ uulgatũ eſt:primo céſue/ Seruilii cõſulis ambitio
runt patres:ut prætor ſcriberet conſuli ſenatũ æquũ cenſere in Italiá reuerti eũ:deíde cũ prætor ſpretu/
rum eũ litteras ſuas diceret:dictator ad idipſum creatus. P. Sulpicius ꝓ iure maioris imperii cõſulem in
Italiá reuocauit. Reliquũ anni cũ Marco Seruilio magiſtro eqtũ circũeundis Italiæ urbibus: quæ bello

alienate fuerant:noſcendiſq; ſingularum cauſis cõſumpſit:Per induciaꝝ tẽpus & ex Sardinia ab Lētu/
lo prætore centum onerariæ naues cũ cõmeatu uiginti roſtrataꝝ præſidio acte:& ab hoſte:& ab tẽpe/
ſtatibus mari tuto ĩ Africã trãſmiſerũt.Gnæo Octauio.cc.onerariis.xxx.lõgis nauibus ex Sicilia traiici
endi nõ eadẽ fortũa fuit.ĩ cõſpectu ferme Africæ ꝓſpero curſu uectũ prĩo deſtituit:uentus:dein uerſus
ĩ Africũ turbauit:ac paſſim naues diſiecit:ipſe cũ roſtratis ꝑ aduerſos fluctus ĩgẽti remigũ laboꝛ enixus
Apollinis ꝓmõtoriũ tennit:onerariæ ꝑs maxĩa ad Egimuꝝ ĩſulã ea ſinũ ab alto claudit:ĩ quã ſita Car/
thago ẽ.xxx.ferme millia ab urbe:aliæ aduerſus urbẽ ipſam ad calidas aquas delatæ ſunt:oĩa ĩ cõſpectu
Carthaginis erãt:Itaq; ex tota urbe ĩ forum concurſum eſt:magiſtratus ſenatum uocare:populus ĩ cu
riæ ueſtibulo fremere ne tãta ex oculis manibuſq; amittereꝛ ꝑda.Cũ qdẽ pacis petitæ alii ĩduciaꝝ: nec
dũ.n.dies exierat:fidẽ opponeret:poſtremo ꝓmixto pœne ſenatus populiq; cõſilio:cõſenſum ẽ:ut claſſe

Cartha. ꝑfidiæ

qnq̃gita nauiũ Aſdrubal Egimuꝝ traiiceret:ideq; ꝑ littora portuſq; diſꝑſas romanas naues colligeret
Deſertæ fuga nautaꝝ primũ ab Egimuro:deĩ ab calidis aqs onerariæ Carthaginẽ puppibꝫ tractæ ſunt.

Nondũ reuerterãt ab Roma legati:neq; ſciebãt:quæ ſenatus romãi de bello aut pace ſentẽtia eẽt:nec
dum ĩduciaꝝ dies exierat:eo ĩdigniorẽ iniuriã ratus Scipio:ab iis q petiſſent pacẽ & ĩducias:ſpẽ pacis &
fidẽ ĩduciaꝝ uiolatã eẽ:legatos Carthaginẽ Luciũ Bebiũ:Marcũ Seruiliũ:Luciũ Fabiũ extẽplo miſit:q
cũ multitudinis cõcurſu ꝓpe uiolati eſſent:nec reditũ tutiorẽ cernerẽt futuꝝ:petierũt a magiſtratibus:
quoꝝ auxilio uis ꝓhibita erat:ut naues mitterẽt:quæ ſe ꝓſequereꝛ:datæ triremes duæ:cũ ad Bragra
dam flumẽ ꝑueniſſent:unde caſtra romana cõſpiciebãꝛ:Carthaginẽ rediere.Claſſis punica ad uticam
ſtationẽ habebat:ex ea tres quatriremes ſeu clam miſſo a Carthagĩe nũcio:ut fieret:ſeu Aſdrubale: qui
claſſi præerat:ſine publica fraude auſo facinus:quĩqueremem romanã ſuꝑantẽ ꝓmontoriũ ex alto re/
pẽte aggreſſæ ſunt:ſed neq; roſtro ferire celeritate ſubter labentẽ poterãt:neq; trãſilire armati ex humi
lioribꝫ ĩ altiorẽ nauẽ:& defendebaꝛ egregie:quoad tæla ſuppeditarũt:qbus deficiẽtibꝫ:iã nulla alia res
eam quã ꝓpinqtas terræ multitudoq; a caſtris ĩ littus effuſa tueri potuiſſet:cõcitatã enĩ:quãta maxime

Annibalis in Africã aduẽtus

ui poterãt:in terrã cũ ĩmiſiſſent: nauis tantũ iactura facta ĩcolumes ipſi euaſerũt.Ita alio ſuꝑ aliud ſcele
re cũ haud dubie ĩduciæ ruptæ eẽnt:Lælius Fuluiuſq; ab roma cũ legatis carthaginẽſibus ſuꝑuenerũt
qbus Scipio & ſi nõ ĩduciaꝝ fides modo a carthaginẽſibus:ſed etiã ius gentiũ ĩ legatis ſuis uiolatũ eſſet
tamẽ ſe nihil nec ĩſtitutis Po.Ro.nec ſuis moribus ĩdignũ in iis factuꝝ eſſe cũ dixiſſet:legatis dimiſſis:
bellũ parabat.Annibale iã terræ appropinquãte iuſſus e nautis unus aſcẽdere ĩ malũ:ut ſpeculareꝛ: quã
tenerẽt regionẽ:cũ dixiſſet ſepulchꝝ dirutũ prorã ſpectare:locũ abominatus præteruehi iuſſo guberna
tore ad Leptim appulit claſſem:atq; ibi copias expoſuit.Hæc eo anno in Africa geſta.Inſequentia exce/

M.Seruilius T.Claudius conſ.

dunt in eum annũ:quo Marcus Seruilius Geminus:q tũ magiſter eqtum erat:&.T.Claudius Nero cõ
ſules facti ſunt:cæterũ exitu ſuꝑioris anni cũ legati ſociarũ urbiũ ex Græcia queſti eẽnt uaſtatos agros
ab regiis præſidiis:ꝓfectoſq; ĩ Macedoniã legatos ad res repetẽdas nõ admiſſos ad Philippũ regẽ ſimul
nunciaſſent:quatuor millia militũ cũ Sopatro duce traiecta ĩ Africã dici:ut eẽnt carthaginẽſibus ꝑſidio
& pecuniæ aliquãtum una miſſum:legatos ad regẽ:q hæc aduerſus fœdus facta uideri patribus nuncia
rent:mittẽdos cenſuit ſenatus.Miſſi Gaius Terẽtius Varro:Gnæus Manlius:Marcus Aurelius: iis tres
quĩqueremes datæ.Annus ĩſignis ĩcendio ingẽti:quo cliuus publicus ad ſolũ exuſtus:& aquaꝝ magni
tudĩe:ſed & annonæ uilitate fuit:ꝑterq̃ qđ pace oĩs Italia erat apta:etiã qđ magnã uim frumẽti ex Hi/
ſpania miſſam Marcus Valerius Falco:& Marcus Fabius Buteo ædiles curules quaternis æris uicatĩ po

Q.Fabius maximus moriꝛ

pulo deſcripſerũt.Eodẽ ãno Quĩtus Fabius Maximus moriꝛ exactæ ætatis:ſiqdẽ uerũ ẽ:augurẽ duos
& q̃draginta ãnos fuiſſe:qđ qdã auctores ſunt:uir certe fuit dignus tãto cognomĩe:uel ſi nouũ ab eo in
ciperet:ſuꝑauit paternos honores:auitos æquauit:pluribus uictoriis & maioribus præliis auus ĩſignis
Rullus:ſed oĩa æq̃re unus hoſtis Annibal põt. cautior tamẽ quã prõptior hic habitus fuit:& ſicut du/
bites utrũ ĩgenio cũctatior fuerit:an qa ita bello ꝓprie:qđ tũ gerebaꝛ:aptũ erat:ſic nihil certius ẽ:quam
unũ hominẽ nobis cũctãdo rẽ reſtituiſſe ſicut Ennius ait.Augur ĩ locũ eius ĩauguratus Quĩtus Fabius
Maximus filius eius.ĩ eiuſdẽ locũ põtifex nã duo ſacerdotia habuit Seruius Sulpicius Galba:ludi roma
ni diẽ unũ:plebeii ter toti ĩſtaurati ab ædilibus Marco Seſtio Sabino:&.Gn.Tremellio Flacco:Ii ambo
ꝑtores facti:& cũ iis Gaius Liuius Salinator:& Gaius Aure.Cotta:Comitia eius ãni utrũ Gnæus Serui
lius cõſul habuerit:an qa eũ res ĩ Ethruria tenuerit:quæſtiões ex ſociis de cõiuratiõibus prĩcipũ habẽ/
tẽ dictator ab eo dictus Publius Sulpicius:ſic ĩcertũ diuerſi auctores faciũt.Prĩcipio ĩſequẽtis ãni Mar/
cus Seruilius & Titus Claudius:ſenatu ĩ capitoliũ uocato:de ꝓuĩciis rettulerũt:Italiã atq; Africã ĩ ſortẽ
cõiici:Africã ãbo cupiẽtes uolebãt.ceteꝝ Quĩto Metello maxĩe ãnitẽte:neq; data: neq; negata ẽ Africa.
Cõſules iuſſi cũ tribũo plebis agere:ut ſi iis uidereꝛ:populũ rogarẽt:quẽ uellent in Africa bellũ gerere:
oẽs tribus Publiũ Scipionẽ iuſſerũt:nihilominus cõſules ꝓuinciã Africã(ita.n.ſenatus decreuerat)ĩ ſor
tem coniecerũt.Tito Claudio Africa euenit:ut qnquaginta nauiũ claſſem:oẽs qnqueremes in Afrcam

Prouinciarum ordinatio

traiiceret:pariq; ĩperio cũ Scipione impator eſſet.M.Seruilius Erhruriã ſortitus.In eadẽ ꝓuĩcia &.Gn.
Seruilio ꝓrogatũ impium:ſi cõſules manere ad urbẽ ſenatui placuiſſet.Prætores.M.Sextius Galliã eſt
ſortitus:ut duas legiones ꝓuinciãq; traderet ei.P.Quintilius Varus.C.Liuius Brutios cum duabus le/
gionibus:qbus.P.Sẽpronius proconſul prioris anni ꝑfuerat.Gn.Tremellius Siciliam:ut ab Appio Ap/
pulo ꝑtore prioris anni ꝓuinciã: & duas legiones accipe.Iulius ꝓpprætor cũ.xx.nauibus longis militi/
bus mille orã Siciliæ tutareꝛ:inde.M.Põponius.xx.nauibus reliqs mille & qngẽtos deportaret milites
Romã.C.Aurelio Cottæ urbana euenit:cæteris:ita uti qſq; obtinebant ꝓuincias exercituſq;: ꝓrogata

imperia:ſedecim nõ amplius anno eo legionibus defenſum ĩperium eſt:& ut a placandis diis oĩa ĩcipe/
rent agerẽtq;:quos ludos Marco Claudio Marcello.T.Quĩtio cõſulibus.Titus Mãlius dictator:quaſq;
hoſtias maiores uouerat:ſi ꝑ qnquẽnium illud reſpublica eodẽ ſtatu fuiſſet:ut eos cõſules:priuſquã ad
bellũ proficiſcerẽtur:facerent. Ludi ĩ circo ꝑ q̃triduum facti:hoſtiæq;:qbus uotæ erant diis:cæſæ.Inter
hæc ſimul ſpes:ſimul cura ĩ dies creſcebat:nec ſatis certũ cõſtare apud aĩum poterat:utrũ gaudio dignũ
eſſet Annibalẽ poſt ſextumdecimũ annũ ex Italia decedẽtem uacuam poſſeſſionẽ eius reliquiſſe Popu.
Ro.an magis metuẽdum:qđ incolumi exercitu in Africã traieciſſet:locũ nimiꝝ non periculũ mutatũ:
cuius tantæ dimicatiõis uatem:q nuꝑ deceſſiſſet.Q.Fabiũ haud fruſtra canere ſolitum:grauiorẽ in ſua
terra futuꝝ hoſtẽ Annibalẽ:quã ĩ aliena fuiſſet:nec Scipiõi aut cũ Syphace ĩconditæ barbariæ rege:qui
ſtatarios ſemilixas ducere exercitibus ſolitus ſit:aut cũ ſocero eius Aſdrubale fugaciſſimo duce rẽ futu/
ram:aut tumultuariis exercitibus ex agreſtiũ ſemiermi turba ſubito collectis:ſed cũ Annibale ꝓpe na/
to ĩ p̃torio p̃ris fortiſſimi ducis alito atq; educato ĩter arma puero:quodã milite uixdũ iuuene ĩperatoꝛ
qui ſenex uincẽdo factus Hiſpanias:Gallias.Italiã ab alpibus ad fretũ monumẽtis ĩgentiũ reꝝ compleſ
ſet:ducere exercitũ eqlem ſtipendiis ſuis duratũ omniũ reꝝ patiẽtia:quas uix fides fiat hoĩes paſſos:per
fuſum millies cruore romano:exuuias:nõ militũ modo:ſed ẽt ĩperatoꝝ portantẽ:multos occurſuros.
Scipioni in acie q p̃tores:q impatores:q cõſules romanos ſua manu occidiſſent:muralibus uallaribuſq;
inſignes coronis peruagatos capta caſtra:captas urbes romanas:nõ eſſe hodie tot faſces mg̃ratibus Po.
Ro.quot captos ex cæde ĩperatoꝝ præ ſe ferre poſſet Annibal Has formidines agitãdo aĩs ipſi curas &
metus augebãt:& iã qđ cũ aſſueſſent ꝑ aliquot annos bellũ ante oculos aliis atq; aliis in Italiæ partibus
lenta ſpe in nullũ propĩquũ debellandi finẽ gerere:erexerat oĩum aĩos Scipio & Annibal uelut ad ſup/
mum certamẽ cõparati duces:ii quoq; qbus erat ingens ĩ Scipiõe fiducia & uictoriæ ſpes:quo magis:in
propĩquã eam ĩminebant aĩs:eo curæ intẽtioris erãt.Haud diſpar habitus animoꝝ Carthaginenſibus
erat:quos modo petiſſe pacẽ intuẽtes Annibalẽ ac reꝝ geſtaꝝ eius magnitudines pœnitebat:modo cũ
reſpicerent bis ſeſe acie uictos Syphacem captũ:pulſos ſe Hiſpania pulſos Italia:atq; ea oĩa unius uirtu/
te & cõſilio Scipionis facta:uelut fatalẽ eũ ducẽ in exitiũ ſuũ natũ horrebant.Iam Adrumentũ peruene
rat:Annibal:unde ad reficiendũ ex iactatione maritia militẽ paucis diebus ſumptis:excitus pauidis nũ/
ciis oĩa circa Carthaginẽ obtineri armis afferẽtium magnis itineribus Zamã cõtendit.Zama quinque
dierũ iter ab Carthagine abeſt:inde p̃miſſi ſpeculatores cum excepti a cuſtodibus Romanis deducti ad
Scipionẽ eẽnt:traditos eos tribunis militũ:iuſſoſq; omiſſo metu uiſere oĩa ꝑ caſtra:qua uellẽt:circũdu/
ci iuſſit:ꝑcunctatoſq; ſatin percõmode oĩa exploraſſent:datis q ꝓſequerentꝛ:retro ad Annibalẽ dimiſit.
Annibal nihil qdem eoꝝ q̃ nũciabantꝛ:nã & Maſiniſſam cũ ſexmillibus peditũ:quattuor eqtum uenîſ
ſe eo ipſo forte die afferebãt:læto aĩo audiuit:maxĩe hoſtis fiducia:quæ nõ de nihilo ꝓfecto cõcepta eſt:
perculſus.Itaq; q̃q; & ipſe cã belli eius erat:& aduẽtu ſuo turbauerat pactas inducias & ſpem fœdeꝝ:ta/
men ſi integer:quã ſi uictus peteret pacem æqora poſſe ĩpetrari ratus:nuncium ad Scipionem miſit:ut
colloquẽdi ſecum poteſtatẽ faceret.Id utrũ ſua ſponte fecerit an publico conſilio:neutrum cur affirmẽ:
habeo.Valerius Antias prio p̃lio uictũ eũ a Scipiõe:quo duodecimillia armatoꝝ ĩ acie ſunt cæſa: mille
& ſeptĩgẽti capti:legatũ cũ aliis decẽ legatis tradit ĩ caſtra ad Scipionẽ ueniſſe:cæteꝝ Scipio cum collo/
quiũ haud abnuiſſet:ambo ex cõpoſito duces caſtra ꝓtulerũt:ut coire ex ꝓpĩquo poſſent.Scipio haud
procul Nadagara urbe tũ ad cætera loco opportuno:tũ qđ aq̃tio ĩtra tæli cõiectũ erat:cõſedit. Annibal
tumulũ a q̃ttuor millibus ĩde tutũ cõmodũq;:alioqn:niſi qđ lõgĩquæ aq̃tiõis erat:cepit:ibi ĩ medio lo
cus cõſeptus undiq;:neqd inſidiaꝝ eẽt:delectus:ſũmotis pari ſpatio armatis:cũ ſingulis ĩterp̃tibus con/
greſſi ſunt.Nõ ſuæ modo ætatis maximi:duces:ſed oĩs ante ſe memoriæ oĩum gentiũ:cuiuſlibet regũ
imperatorumue pares pauliſper alter alterius conſpectu admiratione mutua prope attoniti cõticuere.

Tum Annibal prior.Si hoc ita fato datũ erat:ut q primus bellũ ĩtuli Po.Ro.qq; totiẽs ꝓpe ĩ mãibus
uictoriã habui:is ultro ad pacẽ petẽdã uenirẽ:lætor te mihi ſorte potiſſimũ datũ:a quo pacẽ peterẽt. Ti
bi quoq; ĩter multa egregia nõ in ultimis laudũ hoc fuerit.Annibalẽ cui tot de romanis ducibus uicto
riã dii dediſſent:tibi ceſſiſſe:teq; huic bello ur̃is plus quã nr̃is cladibus ĩſigni finẽ ĩpoſuiſſe. Hoc quoq;
ludibriũ fortũa:an caſus ædiderit:ut cũ p̃re tuo cõſule cepim arma:cũ eodẽ primũ Romano ĩperatore
ſigna cõtulerim:ad filiũ eius inermis ad pacẽ petẽdã uenĩã.Optimũ qdẽ fuerat eã p̃ribus noſtris mentẽ
datã ab diis eẽ:ut & uos Italiæ:& nos Africæ ĩperio cõtẽti eſſemus:neq;.n.ne nobis qdẽ Sicilia:atq; Sar
dinia ſatis digna p̃tia ſunt:ꝓ tot claſſibus:tot exercitibus:tot tãq; egregiis amiſſis ducibus:ſed præterita
magis rep̃hẽdi poſſunt:quã corrigi:ita aliena appetiuimus:ut de nr̃is dimicaremus:nec ĩ Italia ſolũ uo/
bis bellũ:nobiſq; ĩ Africa ẽ:ſed & uos ĩ portis ur̃is ꝓpe ac mœnibus ſigna armaq; hoſtiũ uidiſtis:& nos
ab Carthagĩe fremitũ caſtroꝝ romanoꝝ exaudiuimus.Quod igitꝛ nos maxĩe abominaremur:uos ãt
ante oĩa optaretis:ĩ meliore ur̃a fortũa de pace agitꝛ:agimuſq; ii:quoꝝ & maxĩe ĩtereſt pacẽ eẽ:& q qđ/
cunq; egerimus:ratũ ciuitates nr̃æ hituræ ſint:aĩo tãtũ nobis opus ẽ nõ abhorrẽte a qetis cõſiliis:qđ ad
me attinet:iã ætas ſenẽ ĩ p̃riã reuertẽtẽ:unde puer ꝓfectus ſum:iã ſcđæ iã aduerſæ res ita erudierunt:ut
rationẽ ſeq:q̃ fortunã malĩ:tuã & adoleſcẽtiã:& ꝑpetuã felicitatẽ:ferociora utraq;:q̃ qetis opus ẽ cõſiliis
metuo nõ temere ĩcerta caſuũ reputat:quẽ fortũa nũq̃ decepit: qđ ego fui ad thraſymenũ:ad Cãnas:id
tu hodie es:uixdũ militari ætate ĩpio accepto oĩa audaciſſime ĩcipiẽtẽ nuſq̃ fefellit fortũa:p̃ris & patrui
ꝓſecutus mortẽ ex calamitate ur̃ædomꝰ decus ĩſigne uirtutis pietatiſq; eximiæ cepiſti:amiſſas hiſpãias
recupaſti.iiii.ĩde punicis exercitibus pulſis:cõſul cũ cæteris ad tutãdũ Italiam parum aĩ eſſet:trangreſ/

Ro.curæ đ futuræ pugnæ exitu

Vbi Zama ſit

Atꝛ.Scipiõis & Annibalis congreſſu

Atꝛ Annibalis uerba

ſus in Africã duobus hic exercitibus cæſis:binis eadẽ hora captis ſimul icẽſiſq; caſtris.Syphace potẽtiſſi
mo rege capto:tot urbibus regni eius:tot nr̃i iperii ereptis:me ſextũdecimũ iã annũ hærẽtẽ i poſſeſſiõe
Italiæ detraxiſti:põt uictoriã inꝗ malle:quã pacẽ aius:noui uobis ſpiritus magis magnos:quã utiles:&
mihi talis aliq̃do fortuna affulſit:qđ ſi in ſcdis rebus bonã mentẽ quoq; donarent dii:nõ ea ſolũ:q̃ eue/
niſſent:ſed ẽt ea q̃ euenire poſſent:reputaremus:ut oium obliuiſcaris:alioꝝ ſatis ego documenti in oẽs
caſus ſum:quẽ mõ caſtris inter anienem atq; urbẽ Romã poſitis:ſigna inferentem ad mœnia Romana
uideras:hic cernas duobus fortiſſimis uiris fratribus clariſſimis impatoribus orbatũ ante mœnia ꝓpe
obſeſſæ patriæ:qbus terrui ur̃am urbẽ:ea pro mea depcantem:maxiæ cuiq; fortunæ minime credẽdũ
eſt.In bonis tuis rebus nr̃is dubiis tibi ampla ac ſpecioſa dãti eſt pax:nobis petentibus magis neceſſaria
quã honeſta melior tutiorq; eſt certa pax:quã ſpata uictoria:hæc i tua:illa i deoꝝ manu eſt:ne tot anno
rum felicitatẽ in unius horæ dederis diſcrimẽ:cum tuas uires:tũ uim fortunæ martẽq; belli cõmunem
propone aio:utrinq; ferrũ:corpora humana erunt:nuſꝗ minus:quã in bello euentus reſpõdent:nõ tantũ
ad id qđ data pace iã habere potes:ſi ꝑlio uicas:gloriæ adieceris:q̃tum ademeris:ſiqd aduerſi eueniat:ſi/
mul parta ac ſperata decora unius horæ fortuna euertere põt:oia in pace iungenda tuæ poteſtatis ſunt:
Reguli exéplũ ab Anníbale ꝓponitur Scipioni — Publi Corneli:tũc ea habenda fortũa erit: quã dii dederĩt.Inter pauca felicitatis uirtutiſq; exẽpla.M.At
tilius quõdã in hac eadẽ terra fuiſſet ferẽ:q ſic uictor pacẽ petẽtibus pr̃ibus nr̃is abnuit:ſed nõ ſtatuẽdo
tandẽ felicitati modũ:nec cohibẽdo efferentẽ ſe fortunã:q̃to altius elatus erat:eo fœdius corruit. Eſt q/
dem eius:q dat:nõ q petit:conditiões dicere pacis:ſed forſitan nõ indigni:ſimus:q nobiſmetipſis multã
irrogemus:q nõ recuſamus:qn oia:pp q̃ bellũ initum eſt:ueſtra ſint.Sicilia:Sardinia Hiſpania:qcqd in
ſulaꝝ toto inter Africam Italiamq; cõtinet̃ mari:Carthaginenſes incluſi Africæ littoribus:uos q̃do:ita
diis placuit:externa ẽt terra mariq; uideamus regẽtes impia.Haud negauerim pp nõ nimis ſincere peti
tam:aut expectatã nuꝑ pacẽ:ſuſpectã eẽ uobis punicã fidẽ:multũ:ꝑ quos petita ſit:ad fidẽ tuendæ pacis
Scipiõis reſponſum — pertinet:Scipio ur̃i quoq;:ut audio:pr̃es nõ nihil ẽt ob hoc:qa paꝝ dignitatis in legatione erat:negaue/
runt pacẽ:Annibal peto pacẽ:q neq; peterẽ:niſi utilem crederem:& pp eãdem utilitatem tuebor eã:pp
quã petii.Et quẽadmodũ qa a me bellũ cõceptũ eſt:nequẽ eius pœniteret:quoad ipſi nõ iuidere dei pſti
ti:ita annitar nequẽ pacis ꝑ me partæ pœniteat.Ad hæc iperator romanus in hãc fere ſniam reſpondit.
Non me fallebat Annibal aduẽtus tui ſpe carthaginẽſes & pſentẽ induciaꝝ fidẽ:& ſpem pacis turbaſſe:
neq; tu id ſane diſſimulas:q de cõditionibus ſupioribus pacis oia ſubtrahis:pter ea:q iãpridẽ in nr̃a po/
teſtate ſunt:cæteꝝ ſicut tibi curæ eſt ſentire ciues tuos:q̃to ꝑ te onere leuent̃:ſic mihi laborandũ ẽ:neq;
tunc pepigerunt:hodie ſubtracta ex cõdicionibus pacis pmia pfidie habeant̃:indigni qbus eadẽ pateat
condicio:ut etiã proſit uobis fraus petitis:neq; pr̃es nr̃i priores de Sicilia:neq; nos de Hiſpania fecimus
bellum:& tum mamertinoꝝ ſocioꝝ piculum:& tũc Sagunti excidiũ nobis pia ac iuſta induerũt arma:
uos laceſſiſſe:& tu ipſe fateris:& dii teſtes ſunt:q & illius belli exitũ ſecũdum ius faſq; dederũt:& huius
dant & dabũt.Quod ad me attinet:& humanæ infirmitatis memini:& uim fortunæ reputo:& oia q̃/
cũq; agimus: ſubiecta eſſe mille caſibus ſcio:cæteꝝ quẽadmodũ ſupbe & uiolenter me facere faterer:ſi
prius quã i Africã traieciſſem:te tua uolũtate cedentẽ Italia:& ipoſito i naues exercitu ipſum uenĩẽtem
ad pacem petẽdam aſpnarer:ſic nunc cum ꝓpe manu cõſertum reſtitantem ac tergiuerſantẽ in Africã
attraxerim:nulla ſum tibi uerecũdia obſtrictus:ꝓinde ſiqd ad ea:in q̃ tum pax conuentura uidebat̃:q̃
ſunt:noſti multa:nauiũ cum cõmeatu ꝑ inducias expugnataꝝ:legatorũq; uiolatoꝝ adiicitur:eſt qđ re/
feram ad cõſilium:ſin illa quoq; grauia uident̃:bellum parate:quoniã pacẽ pati nõ potuiſtis.Itaq; infe/
cta pace ex colloqo:cum ſe ad ſuos recepiſſent:fruſtra uerba pacata renũciant:armis decernẽdũ eſſe:ha/
bendamq; eã fortunã:quã dii dediſſent:i caſtra ut eſt:uentũ:ꝓnunciãt ambo arma expedirent milites:
animoſq; ad ſupremũ certamẽ nõ in unũ diem ſed in ppetuũ ſi felicitas adeſſet:uictores.Roma an Car
thago iura gẽtibus daret:ante craſtinã noctem ſcituros:neq;.n.Africam aut Italiã:ſed orbem terraꝝ ui
ctoriæ pmiũ fore:par piculum pmio:qbus aduerſæ pugnæ fortuna fuiſſet:nam neq; romanis effugiũ
ullum patebat i aliena ignotaq; terra:ẽt Carthagini ſupremo auxilio effuſſo adeſſe uidebatur pſens ex/
cidiũ.Ad hoc diſcrimen ꝓcedunt poſtero die duoꝝ opulẽtiſſimoꝝ populoꝝ duo lõge clariſſimi duces
duo fortiſſimi exercitus:multa ante parta decora aut cumulaturi eo die:aut euerſuri.Anceps igit̃ ſpes
& metus miſcebãt aios:contẽplãtibuſq; modo ſuã:modo hoſtiũ aciẽ:cũ oculis magis:quã ratione pẽſa
rent uires:ſimul læta:ſimul triſtia obuerſabãtur:q̃ ipſis ſua ſpõte non ſuccurrebãt:ea duces admonẽdo
atq; hortãdo ſubiiciũt.Pœnus.xvi.annoꝝ in terra Itala res geſtas:tot duces romanos:tot exercitus oc/
cidione occiſos:& ſua cuiq; decora:ubi ad inſignẽ alicuius pugnæ memoria militẽ uenerat:referebat.
Scipiõis ſtratagema — Scipio Hiſpanias:& recẽtia i Africa ꝑlia:& cõfeſſionem hoſtiũ:qđ neq; nõ petere pacẽ pp metum:neq;
manere i ea præ inſita ais pfidia potuiſſent:ad hoc colloqum Annibalis inſecreto habitũ ac liberꝝ fingẽ
ti qua uelit flecti:ominat̃:qbus quõdam auſpiciis pr̃es eoꝝ pugnauerĩt ad Egatis iſulas:ea illis exeunti
bus i aciẽ portẽdiſſe deos:adeſſe finẽ belli ac laboris:in manibus eẽ prædam Carthaginis:reditũ domũ
in patriã ad parẽtes:liberos:cõiuges:penateſq; deos:adeo celſus hæc corpore uultuq; ita læto:ut uiciſſe
iam crederes:dicebat.Inſtruit deĩde prĩos haſtatos:poſt eos prĩcipes:triarii poſtremã aciẽ clauſit:nõ cõ/
fertas aũt cohortes ãte ſua quẽq; ſigna iſtruebat:ſed manipulos aliquantũ inter ſe diſtãtes:ut eſſet ſpa/
tiũ:quo elephanti hoſtiũ accepti nihil ordines turbarẽt.Lælliũ:cuius ante legati eo anno q̃ſtoris extra
ſortẽ ex.S.C.opera utebat̃ cũ Italico eqtatu ab ſiniſtro cornu,Maſiniſſam:numidaſq; ab dextero oppo
ſuit:uias patentes iter manipulos anteſignatioꝝ uelitibus:ea tunc leuis armatura erat:compleuit:dato

præcepto ut ad ĩpetum elephantoꝝ aut poſt rectos refugerẽt:ordĩes:aut ĩ dexterã leuamꝗ diſcurſu ap/
plicantes ſe anteſignanis uiã:qua irruerent ĩ ancipitia tæla:bælluis darent.Annibal ad terrorem primũ
elephantos.lxxx.aũt erant:quot nulla unꝗ̃ ĩ acie ante habuerat:ĩſtruxit:deĩde auxilia liguꝝ gallorumꝗ
balearibus mauriſꝗ admixtis:ĩ ſecunda acie carthaginenſes afroſꝗ & macedonũ legionẽ modico ĩter/
uallo relicto ſubſidiariã aciẽ italicoꝝ militũ:brutii plæriꝗ erant ui ac neceſſitate plures:quã ſua uolun/
tate decedentẽ ex Italia ſecuti ĩſtruit:Eqtatũ ẽt ipſum circũdedit cornibus:dexteꝝ ſiniſtrũ numidæ te/
nuerunt.Varia exhortatio erat ĩ exercitu ĩter tot hoĩes:qbus nõ lĩgua:nõ mores:nõ lex:nõ arma:nõ ue
ſtitus hĩtuſꝗ:non cã militãdi eadẽ eẽt:auxiliaribus & præſens & multiplicata merces ex p̃da oſtẽtant̃:
galli proprio atꝗ ĩſito ĩ romanos odio accẽdũtur:liguribus cãpi uberes Italiæ deductis ex aſpimis mõ/
tibus ĩ ſpem uictoriæ oſtẽtant̃:mauros numidaſꝗ ĩ Maſiniſſæ ĩpotenti futuros dominatu terret:aliis
aliæ ſpes ac metus iactãtur:carthaginẽſibus mœnia patriæ:dii penates:ſepulchra maioꝝ:liberi cũ parẽ/
tibus:cõiuges pauidæ:aut excidiũ ſeruitiũꝗ:aut ĩperiũ orbis terraꝝ nihil aut ĩ metũ aut ĩ ſpem mediũ
oſtentatur.Cum maxĩe hæc ĩperator apud carthaginẽſes duces ſuaꝝ gentiũ:ĩter populares plæraꝗ per
interpretes ĩtermixtos alienigenis ageret:tubæ cornuaꝗ ab romanis cecinerũt:tãtuſꝗ clamor ortus:ut
elephanti ĩ ſuos ſiniſtro maxĩe cornu cõuerterent̃:mauris ac numidis addidit facile Maſiniſſa perculſis
terrorẽ:nudauitꝗ ab ea pte aciẽ eqſtri auxilio:paucæ tamẽ beſtiaꝝ ĩtrepidæ ĩ hoſtẽ actæ ĩter uelitũ or/
dines cũ multis ſuis uulneribus ĩgentẽ ſtragẽ ædebãt:reſiliẽtes.n.ad manipulo uelites:cũ uiã elephãtis:
ne obtererent̃:feciſſent:ĩ eas ancipites ad ictũ utriꝗ cõiiciebãt haſtas:nec pila ab anteſignanis ceſſabant:
donec undiꝗ ĩcidentibus tælis exacti ex romana acie:hi quoꝗ ĩ ſuo dextero cornu ipſos carthaginẽſiũ
equites ĩ fugã uerterũt.Lællius:ut turbatos uidit hoſtes:addit pculſis terrorẽ:utriꝗ equite nudata erat
punica acies:cũ pedes cõcurrit nec ſpe:nec uiribus iã par:ad hoc dictu parua:ſed magna eadẽ ĩ re gerẽda
momẽti res:cõgruens clamor a romanis eoꝗ maior & terribilior:diſſonæ illis ut gẽtiũ multaꝝ diſcre
pantibus lĩguis uoces:pugna romana ſtabilis & ſuo & armoꝝ põdere ĩcumbentiũ ĩ hoſtẽ: concurſatio
& uelocitas illic maior:quã uis.Igitur prio ĩpetu extẽplo mouere loco hoſtiũ aciẽ romani:ala deinde &
umbonibus pulſantes ĩ ſummotos gradu illato:aliqtũ ſpatii uelut nullo reſiſtẽte ĩceſſere:urgẽtibus &
nouiſſimis primos ut ſemel motã aciẽ ſenſere:qđ ipſum uim magnã ad pellendũ hoſtẽ addebat.Apud
hoſtes auxiliares cedẽtes ſecũda acies afri & carthaginẽſes adeo nõ ſuſtinebãt:ut cõtra ẽt ne reſiſtẽtes ꝑ/
tinaciter prios cædẽdo ad ſe ꝑueniret:hoſtis pedẽ referret.Igit̃ auxiliares terga dant:repẽte & ĩ ſuos uer
ſi parti refugere in ſcđam aciẽ:partim nõ recipiẽtes cædere:uti pauloãte nõ adiuti:& tũc excluſi:& ꝓpe
duo iã ꝑmixta p̃lia erãt:cũ carthaginẽſes ſimul cũ hoſtibus:ſimul cũ ſuis cogerent̃ cõſerere manus:non
tamẽ ita pculſos iratoſꝗ ĩ aciem accepe:ſed denſatis ordinibus in cornua uacuũꝗ circa cãpũ extra p̃liũ
eiecere pauidos fuga uulneribuſꝗ milites:ne certã & integrã aciẽ miſcerẽt.Cæteꝝ tãta ſtrage hoĩum ar
morumꝗ locũ in quo ſteterãt:ante auxiliares cõpleuerã:ut ꝓpe difficilior trãſitus eẽt:quã ꝑ cõfertiſſi/
mos hoſtes fuerat:itaꝗ q primi fuerũt haſtati ꝑ tumulos corpoꝝ armorũꝗ & tabẽ ſanguinis:qua qſꝗ
poterat:ſequẽtes hoſtẽ:& ſigna:& ordines cõfuderũt:prĩcipũ quoꝗ ſigna fluctuare cœperãt uagã ante
ſe cernẽtes aciẽ:qđ Scipio:ubi uidit.receptui ꝓpere canere haſtatis iuſſit:& ſauciis ĩ poſtremã aciẽ ſub/
ductis:prĩcipes triarioſꝗ ĩ cornua ĩducit:quo tutior firmiorꝗ media haſtatoꝝ acies eẽt:ita nouũ dein/
tegro p̃lium ortũ ẽ:qppe ad ueros hoſtes ꝑuentũ erat:& armoꝝ genere:& uſu militiæ:& fama reꝝ ge/
ſtaꝝ:& magnitudine uel ſpei:uel ꝑiculi pares:ſed numero romanus ſupior erat:& aĩo qđ iã eqtes:iam
elephantos fuderat:iã prĩa acie pulſa in ſcđa pugnabat.In tpe Lællius:ac Maſiniſſa pulſos ꝑ aliquãtũ ſpa
tii ſecuti eqtes:reuertẽtes in auerſam hoſtiũ aciẽ ĩcurrere:is demũ eqtũ ĩpetus pculſit hoſtẽ:multi circũ
uenti una ue cæſi ꝑ patentẽ circa campũ fuga ſparſi tenẽte oĩa eqtatu paſſim interierũt: carthaginenſiũ
ſociorũꝗ cæſa eo die ſupra millia uigĩti.par ferme numerus captus ẽ cũ ſignis militaribus cẽtũ trigĩta/
tribus elephãtis undecim.Victores ad decẽmillia cecidere:Annibal cũ paucis eqtibus inter tumultũ ela
pſus Adrumẽtũ pfugit:oĩa & in p̃lio & ante aciẽ:priuſꝗ̃ excederet pugna exptus:& cõfeſſione ẽt Scipio
nis omniũꝗ pitoꝝ militiæ illã laudẽ adeptus:ſingulari arte aciẽ eo die inſtruxiſſe:elephantos in prima
fronte:quoꝝ fortuitus impetus atꝗ intolerabilis uis ſigna ſeq:& ſeruare ordines:ĩ quo plurimum ſpei
ponerẽt:romanos ꝓhiberet:deĩde auxiliares ante carthaginẽſiũ aciẽ:ne hoĩes mixti ex colluuiõe oĩum
gentiũ:quos nõ fides teneret:ſed merces libeꝝ receptũ fugæ haberẽt:ſimul primũ ardorẽ atꝗ impetũ
hoſtiũ excipiẽtes fatigarẽt:ac ſi nihil aliud alii miſſilibus:alii uulneribus ſuis ferrũ hoſtiũ hebetarẽt: tũ
ubi oĩs ſpes eẽt:milites carthaginẽſes afroſꝗ:ut oĩbus rebus aliis pares:eo qđ integri cũ feſſis ac ſauciis
pugnarẽt:ſupiores eẽnt:italicos ĩteruallo quoꝗ dirẽptos ĩcertos:ſocii an hoſtes eẽnt:ĩ poſtremã aciẽ ſũ
motos.Hoc ædito uelut ultimo uirtutis ope Annibal cũ Adrumẽtũ pfugiſſet:accituſꝗ ĩde Carthagi/
nem.vi.ac.xxx.anno:poſteaꝗ̃ puer ĩde ꝓfectus erat:rediſſet:faſſus ĩ curia ẽ nõ p̃lio modo ſe eẽ:ſed bello
uictũ:nec ſpẽ ſalutis alibi:quã ĩ pace ĩpetrãda eẽ.Scipio cõfeſtim expugnatis a p̃lio hoſtium caſtris dire
ptiſꝗ:cũ ingẽti p̃da ad mare ac naues rediit nuncio allato.P.Lentulũ cũ.l.roſtratis.c.onerariis nauibus
cum oĩ genere cõmeatus ad Vticã acceſſiſſe.Admouẽdũ igit̃ undiꝗ terrorẽ pculſæ Carthagini ratus:
miſſo Lællio Romã cum uictoriæ nuncio.Gn.Octauiũ terreſtri itinere ducere legiones Carthaginem
iubet:ipſe ad ſuã ueterẽ noua Lẽtuli claſſe adiũcta:ꝓfectus ab Vtica portũ Carthaginis petiit.Haud ꝓ/
cul aberat:cũ uelata infulis ramiſꝗ oleæ carthaginẽſium occurrit nauis:decem legati erant principes ci
uitatis auctore Annibale miſſi ad patendam pacem:q cum ad puppim prætoriæ nauis acceſſiſſent uela
menta ſupplicũ porrigẽtes orãtes implorãteſꝗ fidẽ & miſericordiã Scipionis:nullum iis aliud reſpon/

Anniba lis ſtra/ tagema

Elephã torũ cõ ſterna/ tione utrin/ que eq/ tatu nu dat̃ ho/ ſtium acies

Att̃ poe norum ſtragẽ

Anniba lis laus

Anni/ bal pacẽ petẽdã cenſet

ſum datū:quã ut Tunetē uenirēt:eo ſe motuꝝ caſtra ipſe:ad cōtemplãdū ſitū Carthaginis nō tã noſcen/
di ĩ præſentia:quã terrēdi hoſtis cã. Vtica eodē Octauio reuocato rediit. Inde ꝓcedētibus ad Tunetē nū/
cius allatus Verminã Syphacis filiū cū eqtibus pluribus:quã peditibus uenire carthaginēſibus auxilio:
pars exercitus cū oĩ eqtatu miſſa:ſaturnalibus primis agmē aggreſſa numidaꝝ leui certamĩe fudit:exi/
tu quoqꝫ fugæ ĩterclu ſo parte oĩ circūdatis eqtibus.xv.millia hoĩum cæſa:mille &.cc.uiui capti ſunt: &
equi numidici mille:& qngēti:ſigna militaria duo &.lxx.regulus ipſe ĩter tumultū cū paucis effugit. Tū

Attẽ. re/ cētē ho ſtiū cla/ dem

ad Tunetē eodē:quo antea loco caſtra poſita legatiqꝫ.xxx.Carthagĩe ad Scipionē uenerunt:& illi qdem
multo miſerabilius:quã ante:qa magis cogebat fortuna:egerūt:ſed aliqto mĩore tamē miſericordia ab
recētis memoria ꝑfidiæ auditi ſunt:q̄q iuſta ira oēs ad delendã ſtimulabat Carthaginē:tamē cū & quã/
ta res eēt:& quam longi tēporis obſidio tã ĩuictæ:& tã ualidæ urbis reputarēt:& ipſum Scipionē expe/
ctatio ſucceſſoris futuri ac uēturi ad paratã alterius labore ac ꝑiculo finiti belli famã ſollicitaret:ad pacē
omniū aĩ uerſi ſunt. Poſtero die reuocatis legatis:& cū multa caſtigatiōe ꝑfidiæ monitis:ut tot cladibus
edocti tandē deos & iuſiurãdū eē crederēt:cōdiciones pacis dictæ:ut liberi legibus ſuis uiuerēt:quas ur/
bes:quoſqꝫ agros qbuſqꝫ finibus ante bellū tenuiſſent:tenerēt:populãdiqꝫ finē eo die romanus faceret:
perfugas fugitiuoſqꝫ & captiuos oēs redderēt romãis:& naues roſtratas p̄ter triremes traderēt: elephã/
toſqꝫ:quos haberēt domitos:neqꝫ domarent alios:bellū neue ĩ Africa:neue extra Africã iniuſſu Po.Ro.
gererent. Maſiniſſæ res redderēt:fœduſqꝫ cū eo facerent:frumētū ſtipēdiumqꝫ auxiliis:donec ab Roma
legati ueniſſent:ꝑſtarent.x.millia talentū argēti deſcripta pēſionibus æquis ĩ annos.l.ſoluerent:cētū ar/
bitratu Scipionis darent:nec mĩores.xiiii.annis:neu.xxx.maiores:ĩducias ita ſe datuꝝ:ſi p priores ĩdu/
cias naues onerariæ captæ q̄qꝫ fuiſſent ĩ nauibus reſtituerētur:aliter nec ĩducias: nec ſpem pacis ullã eē.

Condi/ tiōes pa cis di/ ctæ car/ thaginē ſibus a ſcipiōe

Has cōditiōes legati cū domum referre iuſſi ĩ cōcionē æderent:& Giſgo ad diſſuadēdū pacē ꝓceſſiſ/
ſet:audireturqꝫ a multitudĩe ĩ qieta & imbelli:ĩdignatus Annibal dici ea ĩ tali tpe audiriqꝫ: & arreptum
Giſgonē manu ſua ex ſupiore loco detraxit:q̄ ĩſueta liberæ ciuitati ſpecies cū fremitū populi mouiſſet:
& ꝑturbatus militaris uir urbana libertate. Nouem:inqt annoꝝ a uobis ꝓfectus poſt ſextū & triceſimū
annum redii:militares artes:q̄s me a puero fortuna nūc priuata:nūc publica docuit:probe uideor ſcire:
urbis ac fori iura leges mores uos me oportet:doceatis:excuſata ĩprudētia diſſeruit de pace multis uer/
bis:quã nec iniq̄ & neceſſaria eēt:id oĩum maxĩe difficile erat:qđ ex nauibus p ĩducias captis nihil p̄ter
ipſas cōparebat naues:nec inqſitio erat facilis:cū aduerſantes paci arguerētur:placuit naues reddi:& ho/
mines undiqꝫ inqri:cætera q̄ abeſſent:æſtimãda Scipioni ꝑmitti:atqꝫ ita pecunia luere carthaginenſes.
Sunt q Annibalem ex acie ad mare ꝑueniſſe:ĩde p̄parata naue ad regem Antiochū extemplo ꝓfectū tra
dant:poſtulãtiqꝫ ante oĩa Scipiōi:ut Annibal ſibi traderet:reſpōſum eſt Annibalem ĩ Africa nō eſſe. Po
ſteaq̄ redierūt ad Scipionem legati:q̄qꝫ publica ĩ nauibus fuerãt:ex publicis deſcripta rōnibus q̄ſtores q̄
priuata ꝓfiteri domini iuſſi:p ea ſūma pecuniæ.xxv.millia pōdo argenti p̄ſentia exacta:ĩduciæqꝫ Car/
thaginenſibus datæ ĩ tres menſes additū ne p ĩduciaꝝ tp̄s alio uſq̄ quã Romã mitterent legatos:& qui
cunqꝫ legati Carthaginem ueniſſent:ne ante dimitterent eos:quã Romanū ĩperatorem:q & q̄ petentes
ueniſſent:certiorem facerent. Cū legatis Carthaginenſibus Romã miſſi Lucius Veturius Philo:& Mar
cus Martius Ralla:& Lucius Scipio ĩperatoris frater. Per eos dies cōmeatus ex Sicilia Sardiniaqꝫ tantã
uilitatē annonæ fecerūt:ut ꝓ uectura frumentū nautis mercatores reliquerent. Romæ ad nunciū pri/
mum rebelliōis carthaginenſiū trepidatū fuerat:iuſſus erat Titus Claudius mature ĩ Siciliã claſſem du
cere:atqꝫ ĩde Africã traiicere:& alter cōſul Marcus Seruilius ad urbē morari:donec quo ſtatu res ĩ Afri/
ca eſſent:ſciret. Segniter oĩa ĩ comparãda deducendaqꝫ claſſe ab Tito Claudio cōſule facta erãt:qđ p̄res
de pace Scipiōis potius arbitriū eē:qbus legibus daret:q̄ cōſulis cēſuerãt. Prodigia ergo nūciata ſub ipſa
fama rebelliōis terrorē attulerãt. Cumis ſolis orbis minui uiſus & pluit lapideo ĩbri:& ĩ ueliterno agro
terra ĩgētibus cauernis cōſedit:arboreſqꝫ ĩ ꝓfundū hauſtæ: Aritiæ foꝝ:& circa tabernæ. Fruſinōe mu/

Prodi/ gia Veri us cōſa nū lau/ rētinū/ qꝫ lege/ ris ſiue lorēti/ num

rus aliquot locis:& porta de cælo tacta:& ĩ palatio lapidibus pluit:id ꝓdigiū more patriæ nouēdiali ſa/
cro:cætera hoſtiis maioribus expiata:iter q̄ & iã aquaꝝ ĩſolita magnitudo ĩ religionē uerſa:nã ita abū/
dauit tyberis:ut ludi Apollinares circo ĩundato extra portã collinã ad ædē erycinæ Veneris parati ſint:
cæteꝝ ludoꝝ ipſo die ſerenitate ſubita orta:pompa duci cœpta ad portã collinã:reuocata deductaqꝫ in
circū ē:cū deceſſiſſe ĩde aquam nūciatū eēt:læticiãqꝫ populo:& ludis celebritatē addidit:ſedes ſua ſolēni
ſpectaculo reddita. Claudiū cōſulē ꝓfectum tandem ab urbe inter portus:cōpſanum loretanūqꝫ atrox
uis tēpeſtatis adorta ĩ metum ĩgentem adduxit. Populonios ĩde cū perueniſſet:ſtetiſſetqꝫ:ibi dum reli/
quū tēpeſtatis exæuiret Iluam ĩſulã:ex Ilua Corſicã:a Corſica ĩ Sardiniã traiecit:ibi ſupantē ĩſanos mō/
tes multo ſæuior & ĩfeſtioribus locis tempeſtas adorta diſiecit claſſem:multæ quaſſatæ:armamentiſqꝫ
ſpoliatæ:naues:q̄dã fractæ:ita uexata ac lacerata claſſis Carales tenuit:ubi dū ſubductæ reficiunt naues
hyems opp̄ſſit:circūactūqꝫ anni tp̄s:& nullo prorogante ĩperiū priuatus Titus Claudius claſſem Ro/
mam reduxit. Marcus Seruilius:comitioꝝ cauſa ad urbem reuocaret:dictatore dicto. Gn. Seruilio Ge
mino ĩ prouĩciã eſt ꝓfectus. Dictator mgr̄um eqtū Eliū Pætum dixit:ſæpe comitia ĩdicta perfici tēpe/
ſtates ꝓhibuerūt:itaqꝫ cum præter idus martias ueteres mgr̄atus abiiſſent:noui ſuffecti nō eēnt reſpu/
blica ſine curulibus magiſtratibus erat. Lucius Manlius Torquatus Pontifex eo anno mortuus in lo/
cum cuius ſuffectus Lucius Galba ab Lucio Lucinio Lucullo: & Quĩto Fuluio ædili curuli: ludi Ro/
mani ter toto ĩſtaurati. Pecuniam ex ærario ſcribe:uiatoreſqꝫ ædilicii clam egeſſiſſe per indicē damnati
ſunt:non ſine infamia Luculli ædilis. P. Elius tubero: & Lucius Lictorius ædiles plebis uicio crea:

magiſtratu ſe abdicauerunt:ꝗ cũ ludos ludorũq; cã epulũ Ioui feciſſent:& ſigna tria ex mulctaticio argẽ
to facta:in capitolio poſuiſſent:cereales ludos dictator:& magiſter eqtum ex ſenatuſconſulto fecerunt.

Legati ex Africa romani ſimul carthaginẽſeſq; cũ ueniſſent Romã:ſenatus ad ædem Bellonæ habi/
tus:ubi cũ Lucius Veturius Philo pugnatũ cum Annibale eẽ ſuprema cũ carthaginẽſibus pugna:finẽq;
tandẽ lugubri bello ĩpoſitũ ĩgenti læticia patrũ expoſuiſſet:adiecit Verminã etiã Syphacis filiũ:quæ par
ua bene geſtæ rei acceſſio erat:deuictũ:ĩ concionẽ ĩde prodire iuſſus:gaudiũq; id populo ĩpartire. Tũ pa
tefacta gratulatione oĩa in urbe templa:ſupplicationeſq; decretæ ĩ triduũ. Legatis carthaginẽſiũ & Phi
lippi regis:nam ii quoq; uenerãt:petẽtibus ut ſenatus ſibi daretur:reſpõſum iuſſu patrum a dictatore ẽ
conſules nouos iis ſenatũ daturos eẽ. Comitia ĩde habita:creati cõſules. Gn. Cornelius Lẽtulus. Publius
Elius Pætus prætores Marcus Iulius Pœnus:cui ſors urbana euenit:Marcus Valerius Flaccus Brutios:
Marcus Fabius Buteo Sardiniam:Publius Elius Tubero Siciliam ẽ ſortitus:tum uero de prouĩciis cõ/
ſulum nihil ante placebat agi:quã legati regis:& carthaginẽſium auditi eẽnt:belli finem alterius: princi
pium alterius proſpiciebant animis. Gn. Lentulus conſul cupiditate flagrabat prouĩciæ Africæ:ſeu bel
lum foret:facilem uictoriã fore:ſeu iam finiret finiti tanti belli ſe cõſule gloriã petens:negare itaq; prius
quicquã agi paſſuꝝ:quam ſibi Africa decreta eẽt:concedẽte collega moderato uiro & prudẽti:ꝗ gloriæ
eius certamẽ cũ Scipione:præterquã:ꝙ iniquũ eſſet:etiã impar futuꝝ cernebat. Qu. Minutius Ther/
mus:& M. Attilius Glabrio tri. ple. rẽ priore anno neqcquã temptatã ab T. Claudio cõſule. G. Corne/
liũ tẽptare aiebant:ex auctoritate patrũ latũ ad populũ eſt:cuius uellent ĩperiũ ĩ africa eſſe:oẽs. v. & xxx.
tribus. P. Scipioni id imperiũ decreuiſſe:multis cõtentionibus ĩ ſenatu & ad populũ acta res: poſtremo
eo deducta ẽ:ut ſenatui ꝑmitterent. Patres igitur iurati (ita cõuenerat) cenſuerũt:uti cõſules ꝓuĩcias inter
ſe cõpararent:ſortirẽtur ue uter Italiã:uter claſſem nauiũ l. haberet:cui claſſis obueniſſet:ĩ Siciliã nauiga
ret:ſi pax cũ carthaginẽſibus cõponi neqſſet:ĩ Africã traiiceret:cõſul mari:Scipio eodẽ:quo adhuc iure
imperii terra rẽ gereret:ſi cõdiciões cõuenirent pacis:tri. ple. populũ rogarẽt utrũ conſulem:an prætorẽ
Scipionẽ iuberẽt:pacẽ dare:quẽ ſi & deportãdus exercitus uictor ex Africa eẽt:deportare:Si pacẽ ꝑ Pu/
bliũ Scipionẽ dari:atq; ab eodẽ exercitũ deportari iuſſiſſent:ne cõſul ex Sicilia ĩ Africã traiiceret:alter cõ
ſul:cui Italia eueniſſet:duas legiões a Seſtio prætore accipe. Publio Scipiõi cũ exercitibus:quos haberet
in prouĩcia Africa:ꝓrogatũ ĩperiũ:prætori Marco Valerio Falconi duæ legiões in Brutiis:qbus Gaius
Liuius priore anno ꝓ̃fuerat:decretæ. Publius Elius prætor duas legiones in Sicilia ab Gnæo Tremelio
acciperet:legio una Fabio ĩ Sardiniã:quã Publius Lẽtulus Proprætor habuiſſet:decernitur. Marco Serui
lio prioris anni cõſuli cũ ſuis duabus itẽ legionibus ĩ Ethruria ꝓrogatũ imperiũ ẽ. Quod ad Hiſpanias
attineret aliquot iã annos ibi Luciũ Corneliũ Lentulũ. & Luciũ Manliũ Accidinũ eẽ:ut ii cõſules cũ tri
bunis agerẽt:ſi eis uideretur:ut plebẽ rogarẽt:cui iuberẽt ĩ Hiſpania imperiũ eẽ:is ex duobus exercitibus
unã legionẽ conſcriberet romanos milites:& ĩ qndecĩ cohortes ſocios latini nominis:qbus ꝓuinciã ob
tineret. Veteres milites Lucius Cornelius:& Lucius Manlius ĩ Italiã deportarẽt. Cornelio conſuli. L. na
uium claſſis ex duabus claſſibus Gnæi Octauii:quæ ĩ Africa eẽt Publii Iulii:quæ Siciliæ orã tuebatur:de
creta:ut quas naues uellet:deligeret:Publius Scipio qnquagĩta longas naues haberet:quas habuiſſet: q
bus ſi. Gn. Octauius:ſicut ꝓ̃fuiſſet:præeſſe uellet. Octauio ꝓprætori ĩ eũ annũ ĩperiũ eẽt:ſi Lælliũ ꝓ̃fice
ret. Gn. Octauius Romã decederet:reduceretq; naues:qbus conſuli uſus non eẽt. Et M. Fabio in Sardi/
niam decẽ longæ naues decretæ:& cõſules duas legiões urbanas ſcribere iuſſi:ut quattuordecim legio/
nibus eo anno centũ nauibus longis reſpublica adminiſtraretur. Tũ de legatis Philippi & carthaginenſiũ
actum:priores macedonas introduci placuit:quoꝝ uaria oratio fuit:partim purgãtiũ:quæ queſti erãt
miſſi ad regẽ a Roma legati de populatione ſocioꝝ:partim ultro accuſantium qdẽ & ſocios Po. Ro. ſed
multo ĩfeſtius. M. Aureliũ:quẽ ex tribus ad ſe miſſis legatis:delectu habito ſubſtitiſſe:& ſe bello laceſ/
ſiſſe cõtra fœdus:& ſæpe cum ꝓ̃fectis ſuis ſignis collatis pugnaſſe poſtulãtium ut macedones duxq; eo/
rum Sopater:ꝗ apud Annibalẽ mercede militaſſent captiq; ĩ uĩculis eẽnt:ſibi reſtituerentur. Aduerſus ea
M. Furius miſſus ad id ipſum ab Aurelio ex Macedonia diſſeruit. Aurelium relictum: ne ſocii Po. Ro.
feſſi populationibus atq; iniuria ad regẽ deficerẽt:finibus ſocioꝝ nõ exceſſiſſe:dediſſe opera ne impune
agros eoꝝ trãſcenderẽt populatores. Sopatrũ ex purpuratis & ꝓpinquis regis eẽ:eũ cũ quattuormilli/
bus macedonũ:& pecunia miſſum nuper ĩ Africã eẽ Annibali carthaginẽſibuſq; auxilio. De iis rebus ĩ/
terrogati macedones cũ ꝑplexe reſponderẽt:ipſi ante reſponſum tulerũt. Bellũ quærere regẽ:& ſi per/
gat:propediẽ:ĩuẽtuꝝ dupliciter ab eo fœdus uiolatũ:& ꝙ ſociis Po. Ro. iniurias:fecerit: bello armiſq;
laceſſiuerit:& ꝙ hoſtes auxiliis & pecunia iuuerit:& Publiũ Scipionẽ recte atq; ordĩe uideri feciſſe &
facere:ꝙ eos ꝗ arma cõtra Populũ Romanũ ferẽtes ſunt capti hoſtiũ numero ĩ uĩculis habeat:& Mar/
cum Aureliũ e republica facere:gratũq; id ſenatui eẽ:ꝙ ſocios Po. Ro. quãdo iure fœderis nõ poſſet:ar
mis tueatur. Cũ hoc tam triſti reſponſo dimiſſis macedonibus:legati carthaginẽſes uocati:quoꝝ ætati/
bus dignitatibuſq; cõſpectis:nã lõge primi ciuitatis erãt:tum pro ſe qſq; dicere uere de pace agi. Inſignis
tamẽ ĩter cæteros Aſdrubal erat. Hedũ populares cognomĩe appellabãt:pacis ſemꝑ auctor aduerſuſque
factioni barchĩæ:eo tum illi plus auctoritatis fuit:belli culpã ĩ paucorum cupiditatem a rep. trãſferrẽti.
Qui cum uaria orõne uſus eẽt:nunc purgando crimina:nũc quædam fatẽdo ne ĩpudenter certa negan
tibus difficilis uenia eẽt:nũc monẽdo etiam patreſcõſcriptos ut rebus ſecũdis modeſte ac moderate ute
rentur:ſi ſe atq; Hannonem audiſſent carthaginẽſes:& ipſi tempore uti uoluiſſent:daturos fuiſſe pacis
condiciones:quas tũc peterẽt:raro ſimul hominibus bonam fortunã:bonãq; mentẽ dari. Popu. Ro. eo

Nũtius uictorie & ciuitatis læticia

Gn. Cornelius. P. Elius conſ.

Prouĩciaꝝ ordĩatio

Macedonum Poſtulata

Aſdrubalis orõ ad patres

inuictum eẽ:qđ ĩ ſecundis rebus ſapere & cõſulere meminerit: & Hercule mirandũ fuiſſe ſi aliter face/
rent ex inſolẽtia:qbus noua bona fortuna ſit:ĩpotẽtes læticiæ ĩſanire.Popu.Roma.uſitata ac iã ꝓpe ob
ſoleta ex uictoria gaudia eẽ:ac plus pœne parcẽdo uictis:quã uincẽdo ĩperium auxiſſe.Cæteroꝝ miſera
bilior oratio fuit cõmemorãtium ex quãtis opibus:quo recidiſſent carthaginẽſiũ res:nihil eis:q modo
prope orbẽ terraꝝ obtinuiſſent:armis ſupereſſe præter Carthaginis mœnia:iis incluſos non terra:non
mari qcquã ſui iuris cernere.urbẽ quoq; ipſam:ac penates ita habituros:ſi non in ea quoq; mœnia:quo
nihil ulterius ſit:ſæuire.Po.Roma.uelit.Cũ flecti miſericordia patres appareret:ſenatoꝝ unũ infeſtum
perfidiæ carthaginẽſium ſucclamaſſe ferunt:ꝑ quos deos fœdus acturi eẽnt:cum eos:ꝑ quos ante ictũ
eſſet:fefelliſſent:Per eoſdẽ inqt Aſdrubal:qui tã ĩ feſti ſunt fœdera uiolantibus.Inclinatis oĩum ad pacẽ
animis.Gn.Lentulus cõſul:cui claſſis prouĩcia erat.S.C.ĩterceſſit.Tum.M.Attilius:& Quintus Minu/
tius tri.ple.ad populum tulerunt:uellent iuberẽt ne ſenatũ decernere:ut cum carthaginenſibus pax fie/
ret:& quem eã pacẽ dare:quẽq; ex Africa exercitus deportare iuberent:de pace uti rogaſſent oẽs tribus
iuſſerunt pacẽ dare.P.Scipionẽ eundẽ exercitũ deportare.Ex hac rogatione ſenatus decreuit: ut.P.Sci/
pio ex.x.legatoꝝ ſnĩa pacẽ cũ populo carthaginẽſi:qbus legibus ei uideretur.faceret.Gratias deĩde Car
thaginẽſes egere patribus:petierũtq;:ut ſibi ĩ urbẽ introire:& colloq cũ ciuibus ſuis liceret:q capti ĩ pu/
blica cuſtodia eẽnt:eẽ ĩ iis partĩ propĩquos amicoſq; ſuos nobiles hoĩes:partim ad quos mandata a pro
pinquis haberent:quibus conuentis cum rurſus peterẽt:ut ſibi:quos uellent: redimendi ex iis poteſtas
fieret:iuſſi noĩa ædere:& cum ducentos ferme æderent:ſenatuſconſultum factum eſt:ut legati Roma/

Atĉ:ro/ manoꝝ liberalĩ/ tatẽ in cartha.

ni ducentos ex captiuis:quos Carthaginẽſes uellẽt:ad Publium Corneliũ Scipionẽ ĩ Africam deporta/
rent:nunciarẽtq; ei:ut ſi pax cõueniſſet:ſine pretio eos carthaginẽſibus redderet. Fœciales cũ ĩ Africam
ad fœdus faciẽdum ire iuberẽtur:ipſis poſtulãtibus ſenatuſcõſultum ĩ hæc uerba factum eſt:ut priuos
lapides ſilices:priuaſq; uerbenas ſecũ ferrent:uti prætor Romanus iis imperaret:ut fœdus ferirent: ſibi
illi prætorem ſagmina poſcerent:herbæ id genus ex arce ſumptum dari fœcialibus ſolet.Ita dimiſſi ab

Sagmĩa

Romanis Carthaginẽſes cum ĩ Africã ueniſſent ad Scipionem:quibus ante dictum eſt legibus: pacem

Quigẽ/ tæ Car/ thaginẽ ſium na ues incẽ ſæ

fecerunt:naues longas:elephantos:per fugas:fugitiuos:captiuorum quattuormillia tradiderunt: inter
quos.Qu.Terentius Culleo ſenator fuit.Naues prouectas in altum incendi iuſſit:quĩgẽtas fuiſſe oĩs ge
neris:quæ remis agerentur:qdam tradunt:quarum conſpectum repente incendium tam lugubre fuiſ
ſe pœnis:quam ſi tum ipſa Carthago arderet.De ꝑfugis grauius:quã de fugitiuis conſultum nominis
latini qui erant:ſecuri ꝑcuſſi:Romani in crucem ſublati.Annix ante.xl.pax cum Carthaginenſibus po/
ſtremo facta erat.Qu.Luctatio.M.Manlio cõſulibus:bellũ initum annis poſt tribus &.xx.P.Cornelio
T.Sempronio cõſulibus finitum eſt ſeptĩodecimo anno.Gn.Cornelio.P.Pæto cõſulibus.Sæpe poſtea
ferunt Scipionẽ dixiſſe.T.Claudii primum cupiditatẽ:deinde.Gn.Cornelii fuiſſe ĩ mora:quo mĩus id
bellum exitio Carthaginis finiretur.Carthaginẽſibus cum prima collatio pecuniæ diutĩo bello exhau
ſtis difficilis uideretur:mœſticiaq; & fletus ĩ curia eẽt: ridẽtem Annibalem ferunt cõſpectum:cuius cũ

Exitus ſcđi bel li pũici

Aſdrubal Hædus riſum increparet ĩ publico fletu:cum ipſe lachrymarum cauſa eẽt. Si quemadmodũ
oris habitus cernitur oculis:inqt:ſic & animus intus cerni potuiſſet:facile uobis appareret non læti:ſed
prope amentis malis cordis hunc:quem increpatis :riſum eẽ:q tamẽ nequaquam adeo eſt intẽpeſtiuus
quam ueſtræ iſtæ abſurdæ atq; abhorrentes lachrymæ ſunt:tũc fleſſe decuit:cũ adempta nobis arma:
incenſæ naues:interdictum externis bellis:illo enim uulnere cõcidimus:nec eſſe ĩ uos odio ueſtro con/
ſultum ab romanis credatis:nulla magna ciuitas qeſcere poteſt:ſi foris hoſtẽ nõ habet:domi ĩuenit: ut
præualida corpora ab externis cauſis tuta uidẽtur:ſed ſuis ipſa uiribus onerantur:tantum nimirum ex
publicis malis ſentimus:quantũ ad priuatas res ꝑtinet:nec ĩ eis:qcquã acrius:quã pecuniæ damnũ ſti/
mulat.Itaq; cum ſpolia uictoriæ Carthagini detrahebanẽ:cũ inermẽ iã ac nudã deſtitui inter tot arma
tas gẽtes Africæ cerneretis:nemo ĩgemuit:nũc qa tributum ex priuato cõferẽdum eſt:tanquam in pu/
blico funere comploratis:quã uereor:ne propediẽ ſentiatis leuiſſimo in malo uos hodie lachrymaſſe:
hæc Annibal apud Carthaginẽſes.Scipio cõcione aduocata Maſiniſſam ad regnum paternum Cirtha

Scipiõiſ trium/ phus

oppido & cæteris urbibus agriſq;:quæ ex regno Syphacis in Po.Ro.poteſtatẽ ueniſſent:adiectis dona/
uit.Gn.Octauiũ claſſem ĩ Siciliã ductam.Gn.Cornelio cõſuli tradere iuſſit:legatos carthaginẽſium ro
mam ꝓficiſci:ut q̃ a ſe ex.x.legatoꝝ ſnĩa facta eẽnt:ea patrũ auctoritate populiq; iuſſu confirmarẽtur.

Pace terra mariq; parta exercitu in naues impoſito in Siciliam Lilybeum traiecit: inde magna parte
militum in nauibus miſſa:ipſe ꝑ lætam pace non minus quam uictoria Italiam effuſis nõ urbibus mo
do ad habẽdos honores:ſed agreſtium etiam turba obſidẽte uias Romam ꝑuenit: clariſſimoq; oĩum
triumpho urbẽ ẽ inuectus:argẽti tulit in ærarium pondo centummillia.xxiii.militibus ex præda qua/
dragenos æris diuiſit.Morte ſubtractus ſpectaculo magis hominum quam triumphantis gloriæ Sy/
phax ẽ:Tybure haud ita multo ante mortuus:quo ab Alba traductus fuerat cõſpecta mors tamẽ eius

Primus Scipio ex uicta ꝓuĩcia agno/ mẽ eſt adeptuſ

fuit:quia publico funere ẽ elatus. Hunc regẽ in trimpho ductum Polybius haud quaquam ſpernen/
dus auctor tradit:ſecutus Scipionem triumphantem eſt:pileo capit impoſito:Quintus Terentius Cul
leo omniq; deinde uita:ut dignum erat:libertatis auctorem coluit Africanum. Cognomen militaris
prius fauor:an popularis aura celebrauerit:an ſicuti felicis Syllæ magniq; Põpeii patrũ memoria cœ/
ptũ ab aſſentatiõe familiari ſit:paꝝ cõpertũ habeo.Prius certe hic ĩpator noĩe uictæ a ſe gẽtis ẽ nobilita
tus.Exẽplo deĩde huius neq̃q̃ uictoria pares ĩſignes imaginũ titulos claraq; cognomĩa familiæ fecere.

FINIS. TERTIAE DECADIS.

# TITI LIVII PATAVINI HISTORICI QVARTAE DECADIS.
## PRAEFATIO.

ME QVOQVE Iuuat:uelut ipſe in parte laboris ac periculi fuerim:ad finem belli puni
ci peruéniſſe:nam & ſi ꝓfiteri auſum ꝑſcripturum res oĩs romanas in partibus ſingulis
tanti operis fatigari minime cõuenit:tamen cum in menté uenit tres &.xl.annos:tot.n.
ſunt a primo punico ad ſecũdum bellũ finitũ:æque multa uolumina occupaſſe mihi:
quã occuparint quadringẽti.lxxviii.anni a cõdita urbe ad Appium Claudiũ cõſulé:qui
primus bellum carthaginenſibus intulit:iam ꝓuideo aĩo uelut q ꝓximis littoriis uadis
inducti mare pedibus ĩgrediunt:quicquid ꝑgredior:in uaſtiorem me altitudinem ac uelut ꝓfundam
inuehi:& creſcere pene opus:quod prima quæqꝫ perficiendo minui uidebatur.

# TITI LIVII PATAVINI HISTORICI DE BELLO MACEDONICO ET ASIATICO.
## LIBER PRIMVS.

PACEM PVNICAM BELLVM Macedonicum excepit: ꝑiculo haud
quaquã cõparandum:aut uirtute ducis:aut robore militum:claritate re
gum antiquoꝝ uetuſtæqꝫ fama gẽtis: & magnitudine ĩperii: quo multã
quondam Europæ maiorem partem Aſiæ obtinuerant armis prope no
bilius.Cæterum cœptum bellum aduerſus Philippum decẽ ferme ante
annis triennio prius depoſitum erat:cum ætholi & belli & pacis fuiſſent
cauſæ:uacuos deinde pace punica iam romanos & infenſos Philippo cũ
ob infidam aduerſus ætholos alioſqꝫ regionis eiuſdem ſocios pacẽ: tum
ob auxilia cum pecunia nuper in Africam miſſa Annibali pœniſqꝫ: ꝑces
athenienſium:quos agro peruaſtato in urbem compulerat:excitauerunt
ad innouandum bellum.Sub idem fere tempus & ab Attalo rege & rho
diis legati uenerunt nunciantes Aſiæ quoqꝫ ciuitates ſollicitari:his lega
tionibus reſponſum eſt curæ aſianã rem ſenatui fore.Conſultatio de ma
cedonico bello integra ad cõſules:q tunc in ꝓlio cũ Boiis erãt reiecta eſt.Interim ad Ptolemæũ Aegypti
regẽ legati tres miſſi.Gn.Claudius Nero.M.Aemylius Lepidus.Gn.Sẽpronius Tuditanus: ut annun
ciarent uictũ Hannibalem pœnoſqꝫ:& gratias agerent regi:quod in rebus dubiis:cũ finitimi ẽt ſocii ro
manos defererent:in fide manſiſſet:& peterẽt:ut ſi coacti iniuriis bellũ aduerſus Philippũ ſuſcepiſſent:
priſtinum aĩum erga romanos conſeruaret:Eodẽ ferre tpe.P.Elius conſul ĩ Gallia cũ audiſſet a Boiis
ante ſuũ aduentum ĩcurſiones in agros ſociorum factas:duabus legionibus ſubitariis tumultus eius cã
ſcriptis:additiſqꝫ ad eas:quattuor cohortibus de exercitu ſuo.C.Appium ꝑfectum ſociũ hac tumultua
ria manu ꝑ Vmbriã quam tribũ ſappiniam uocant:agꝛ Boiorum inuadere iuſſit:ipſe eodem apto iti
nere ꝑ montes duxit.Appius ingreſſus hoſtiũ fines primo populationes ſatis proſpere ac tuto fecit:de
lecto deinde ad caſtrũ mutilum ſatis idoneo loco ad demetenda frumenta( iam enim maturæ erant ſe
getes)profectus:neqꝫ explorato circa nec ſtationibus ſatis firmis: quæ armatæ inermes atqꝫ operi intẽ
tos tutarent:poſitis:ĩprouiſo impetu galloꝝ cum frumentatoribus eſt circũuentus:inde pauor fugaqꝫ
ẽt armatos cœpit:ad ſeptẽmillia hoĩum palata ꝑ ſegetes:ſunt cæſa inter quos ipſe.C.Appius præfectus:
cæteri in caſtra metu propulſi:inde ſine certo duce conſenſu militari ꝓxima nocte:relicta magna parte
reꝝ ſuarum:ad conſulẽ ꝑ ſaltus ꝓpe inuios ꝑuenere:q niſi quod populatus eſt boioꝝ fines:& cũ ingau
nis liguribus fœdus icit:nihil quod eſſet memorabile aliud in ꝓuincia cum geſſiſſet.Romã rediit.Cũ
primũ ſenatum habuit:uniuerſis poſtulantibus ne quã prius rem:ꝗ de Philippo ſociorumqꝫ querelis
ageret: relatum extemplo eſt: decreuitqꝫ frequens ſenatus: ut.P.Elius conſul:quem uideretur ei: cum
imperio mitteret:qui claſſe accepta:quã ex Sicilia.Gn.Octauius reduceret: in Macedoniam traiiceret.

Att.Cauſa fuer belli cũ philippo renouati

Romanoꝝ cædes in gallia

M.Valerius leuinus ꝑtor miſſus circa Vibonem duo de.xl.nauibus ad.Gn.Octauio acceptis ĩ Mace
doniã traiecit:ad quẽ cũ.M.Valerius legatus ueniſſet:edocuiſſetqꝫ eũ quãtos exercitus:quantũ nauium
numeꝝ cõparaſſet:rex:& quẽadmodũ circa oẽs nõ continẽtis mõ urbes:ſed ẽt ĩſulas:partĩ ipſe adeũdo:
ꝑtim ꝑ legatos cõciret hoĩes ad arma maiore conatu romãis id capeſſedũ bellũ eẽ:ne cũctantibus iis au
deret philippus:qđ Pyrrus prius auſus ex aliquanto minore regno eſſet:hæc ſcribere eadem Aurelium
cõſulibus & ſenatui placuit.Exitu huius anni cum de agris ueteꝝ militum relatũ eſſet: q ductu atqꝫ au
ſpicio ꝓconſulis Scipionis in Africa bellũ ꝑfeciſſent decreuetunt patres:ut.M.Iunius ꝑtor urbis:ſi ei uĩ
deretur decẽuiros agro ſamniti appuloqꝫ:quod is publicus populi ro.eẽt metiẽdo diuidẽdoqꝫ crearet.
creati.P.Seruilius.Qu.Cecilius Metellus.Gn.&.Marcus:Seruilii. Geminis ambobus cognomen erat
L.&.M.Hoſtilii Catones:Pub.Iulius.T.Apuleius.M.Fuluius Flaccus.P.Elius pætus:Quintus Flami
nius.Per eos dies.P.Elio conſulũ comitia habente:creati conſules:Publius Sulpicius Galba.Gn. Aure
lius Cotta:prætores exinde facti.Qu.Minutius Ruffus:Liuius Furius purpurio.Q.Fuluius Gilo.Gn.
Sergius Plantius.Ludi romani ſcænici eo anno magnifice apparateqꝫ facti ab ædilibus curulibus.L.Va
lerio Flacco:& Tito.Qu.Flaminio:biduũ inſtaurati ſunt:frumentiqꝫ uim ingentẽ:quod ex Africa pro
conſul Scipio miſerat:quaternis æris populo cum ſumma fide & gratia diuiſerunt: & plebeii ludi toti
inſtaurati ab ædilibus ple.L.Apuſtio Fullone:&.Q.Minutio Ruffo:q ex ædilitate ꝑtor creatus erat:&
Iouis epulum fuit ludoꝝ cauſa:anno quingenteſimo quadrageſimo ab urbe condita.P. Sulpicio Gal

M.Valeriꝰ Leuinus

Vide ne cẽtones ſit legẽdũ.P.

Sulpicius.Gn. Aureliꝰ conſ.